**contra faciem tuam** ] ſcilicꝫ peccata que mo-
do ponis quaſi poſt tergum ⁊ non vis ea aſpicere ꝑ
penitentiam: in iudicio ſtatuam ea contra facie͂ tu-
am: ad videndum ab omnibus in confuſione͂ eter-
nam faciei tue. ¶ Tandem Pſalmiſta vltimo po
nit concluſionem intentam. Quia predicta ad hoc
ſunt inducta vt mali ante mortem corrigant ſe. et
ſic per ſacramentum eucbariſtie quod dicitur vi-
aticum ad dei laudem perſoluendam debite: ad pa
triam reducantur. Unde dicit: **Intellige hec** ]
ſcilicet ꝑdicta [ **qui obliuiſcimini deum** ] ſcilicꝫ
eius mandata contemnendo [ **nequando rapi-
at** ] ſcilicet tollendo vos de preſenti vita [ **et non
ſit qui eripiat** ] ſcilicet ab eterna damnatione.
Nam in inferno nulla eſt redemptio. **Sacrifici-
um laudis** ] ſcilicet diuine oblatum corde: ore: et
opere. et potiſſime ſacrificiuꝫ eucbariſtie in quo de-
us ſumme laudat. De quo ſuꝑ dixit. Immola deo
ſacrificium laudis [ **honorificabit me** ] videli-
cet deum: ſi tamen debite celebretur vel recipiat [ **⁊
illic iter quo oſtendam illi ſalutare dei** ] .i.
in virtute huius ſacrificij laudis ⁊ eucbariſtie oſte͂
dam ſalutem eternam: illi videlicꝫ homi in viſione
dei beata.

## Pſalmus.l.

**Miſerere mei de-
us** ⁊c. Hunc pſalmu͂ fecit Dauid peni-
tens de adulterio Berbſabee: ⁊ occiſio-
ne Urie: petens a deo remiſſionem peccatorum. Et
ſic ſuo exemplo informat peccatores ad peniten-
tiam et humilem orationem pro venia. Unde iſte
pſalmus eſt vnus pſalmus inter penite͂tiales pſal-
mos. quia eſt oratio cuiuſlibet vere penitentis. Et
conuenienter ponitur quinquageſimo numero in
ordine pſalmorum: qui numerus eſt anni iubilei:
et dierum Pentecoſtes: quo datus eſt ſpiritusſan
ctus diſcipulis. quia per hunc pſalmum vere peni
tens conſequitur remiſſionem peccatorum: et ſpi-
ritusſancti gratiam quam perdiderat per peccatu͂:
recuperabit et hereditatem eternam ⁊c. Item hic
pſalmus in dominicis diebus quadrageſimalibus
et etiam in diebus ferialibus ſemper ad laudes ca
nitur. quia per penitentia͂ ad laudem celeſtem et
leticiam peruenitur. Et peccatorum ac infernales
tenebre euadentur: ac lux vera gratie et glorie ſi-
cut in aurora lux diei oritur. Hec ſm Honoriu͂.
Dicit ergo Pſalmiſta orando **Miſerere mei de
us ſm magnam miſericordiam tuam** ] ſm
Auguſtinu͂: Miſericordia miſeris neceſſaria eſt
tanto maior quanto miſeria fuerit maior. Et ideo
Dauid implorando magnam miſericordiam dei:
confitetur et oſtendit magnitudinem et grauita-
tem peccatorum ſuorum. **Et ſm multitudi-
nem miſerationu͂ tuarum dele iniquitate͂
meam** ] In hoc co͂fitetur ſe multipliciter peccaſ-
ſe. Primo: quia corde concupiuit ex aſpectu laſci-
uo Bethſabee vxorem Urie. Secundo adulteriu͂
perpetrauit. Tertio peccatum celare voluit. Quar
to quia falſum heredem Urie ſubſtituere voluit:
inducens eum dormire cum vxore ſua: vt puer co͂-
ceptus illius fore reputaretur. Quinto quia prodi
tionem fecit contra Uriam ad ponenduꝫ illum in
loco prelij vbi occideretur. Sexto quia homicidi-
um in illo perpetrauit. Septimo: quia mlti de ſer-
uis Dauid occaſione illius occiſi fueru͂t. Et ſic etia͂
in alijs peccatoribus ex vno peccato ſepe plurima
oriuntur ⁊ ſequuntur. Sequitur **Amplius la
ua me ab iniquitate mea** ] id eſt magis ac ma-
gis vt dimittas culpam et etiam penam debitam
[ **et a peccato meo munda me** ] Tandem al-
legat rationem ad ꝓpoſitum ex parte peccatoꝝ ho-
minum que eſt penitentia d. **Quoniam iniqui
tatem meam ego cognoſco** ] ſcilicꝫ regnoſcen
do [ **⁊ peccatum meum contra me eſt ſem
per** ] .i. deteſtor illud toto tempore vite ꝓpoſitum
cauendi habendo: et tanq̄ꝫ de eo quod eſt contrari-
um ſalutis mee dolendo. **Tibi ſoli peccaui** ]
Hic allegat rationem ad propoſitum ex parte dei.
quia q̄uis Dauid peccauerit non ſolum contra de
um: ſed etiam ꝯtra proximu͂ in predictis facinori-
bus: Tamen ex quo erat rex: non habebat iudicem
qui poſſet eum punire niſi deum. Ideo loquitur ſic
dicens: Tibi ſoli peccaui. ſ. tanq̄ꝫ iudici et punire
potenti. q. d. Idcirco remitte mihi propter tuam bo
nitatem ſolam: quia tu ſolus es mihi iudex: nec ali
os timeo iudices: ſed tm̄modo te ſolu͂ revereor of-
fendiſſe [ **et malum coram te feci** ] id eſt: te vi-
dente qui vbiqꝫ es: ſubintelligitur. Ideo tu remitte
mihi: videlicet [ **vt iuſtificeris in ſermonib⁹
tuis ⁊ vincas cum iudicaris** ] hoc eſt dicere:
remitte mihi ſaltem ꝓpter hoc vt ſermones tui veri
ficentur quibus promiſiſti veniam dare penitenti-
bus Ezechiel. xviij. et ſic iuſtificeris inter homines
de veritate impletionis tanq̄ꝫ iuſtus dominus. Et
inſuper conuincas. ſ. de mendacio omnes hui⁹ con
trarium tenentes a quibus iudicaris ꝙ non dimit
teres peccata penitentib⁹ ſemper. ſicut fueru͂t mul-
ti huiuſmodi heretici: vt patet in decretis. Et ꝑ co͂-
ſequens vt vincas de mendacio etiam eos qui iudi
cant te ꝙ mihi ſcilicꝫ Dauid non impleres promiſ-
ſa de chriſto. Nam multi tunc dicebāt ꝙ illa dei ꝓ-
miſſio facta Dauid anteq̄ꝫ peccaſſet: vicꝫ de hoc ꝙ
chriſtus ex eius ſtirpe eſſet naſciturus: iam propter
peccata eius predicta fuerit irrita ⁊ fruſtrata ⁊ im-
pedita: quod fuit falſum. **Ecce enim in iniqui
tatibus conceptus ſum** ] Hic allegat ro͂nem
humane fragilitatis ad ꝓpoſitum: quaſi arguendo
ab antecedentibus. q̄ſi di. Non mirum ꝙ peccaui

quia ego ſicut et omnis homo communiter in iniquitatibus conceptus ſum. hoc eſt in originali peccato quod vocat in plurali iniquitates: quia originale peccatum eſt origo omnium peccatorum actualium **⁊ in peccatis** ſcilicet delectationum carnalium tam in viro q̄ꝫ in muliere commiſcentibus ſibi que cōmixtio vix fit ſine peccatis vtriuſqꝫ **cōcepit me mater mea** Tandem arguit rationē a cauſis in deo di. **Ecce enim veritatem dilexiſti** quaſi diceret. Quia tu es diligens veritatē eo ꝙ es prima veritas: Ideo ex conſequenti condecens eſt ꝙ promiſſiones tuas veraciter impleas q̄s feciſti de remiſſione peccatorum. ⁊ per conſequens mihi remittas penitenti. Tandem allegat rationē arguēdo a cauſis in chriſto **incerta et occulta ſapientie tue manifeſtaſti mihi** hoc eſt. incertos euentus ⁊ contingentes qui ſunt variabiles manifeſtaſti mihi per ſpiritum prophetie reuelando: puta de ſucceſſione regni in filios Dauid per generationes eius. que de ſui natura incertitudinem habet propter variabilitatem contingentie. Et etiā occulta ſapientie tue. hoc eſt. ſecreta myſteria chriſti qui eſt ſapientia tua: manifeſtaſti mihi. vt ſcirē quia ex ſtirpe mea eſſet venturus. ⁊ humanum genus redempturus. quaſi diceret. Decet ergo vt dimittas mihi peccata propter merita chriſti venturi ex me in quem credo. **Aſperges me** id eſt aſpergas: quia hebrei non habent optatiuum modum: ſed pro eo vtuntur futuro indicatiui modi. vt dicit Lyra. ⁊ ſic dicit aſperges me **iſopo et mundabor** Hec verba ſumit ex eo ꝙ emundatio leproſi in veteri teſtamēto fiebat cum iſopo tincto ſanguine aſpergēdo: in figura aſperſionis ſanguinis chriſti. quoniam nos tanq̄ꝫ leproſos corpore et anima per corruptionem viciorum multorum quibus ſumus infecti. chriſtus emūdauit tanq̄ꝫ iſopo tincto ſanguine. Nam iſopus eſt herba parua reprimēs tumorem pulmonis. pectus purgans. ⁊ radice petram penetrans: ſm ꝙ dicunt Auguſtinus ⁊ Honorius. Ideoqꝫ ſignificat chriſtum: qui factus eſt humilis ⁊ reprimit tumorē ſuperbie noſtre ac cordis vicia purgat per virtutem ſue paſſionis qua ꝟtute petram id eſt eccleſiam in petra fundatam. id eſt in fide chriſti penetrat per gratiam inhabitando. Iſto itaqꝫ iſopo ſcilicet chriſto tincto ſanguine in cruce aſpergas me ⁊ mundabor **lauabis me** ſcilicet in aquis baptiſmi ⁊ lachrymarum penitentie quas mihi ex gratia infundis **et ſuper niuē dealbabor** hic eſt hyperbole figurans excedentē mundiciam. quaſi diceret. in anima dealbabor. hoc eſt. mundabor. ſuper niuem id eſt. ſuper omnē candorem corporalem multo excellentius q̄ꝫ ſit nitor vel albedo niuis corporalis. Nam ſpiritualia incōparabiliter preferuntur corporalibus. Et ideo ſicut melius eſt dealbari in anima q̄ꝫ in corpore mundo ſumme. ita ⁊ maius eſt incomparabiliter. vt dicit Auguſtinus quanto anima precellit corpus. Tandem petit reddi ſibi ſpiritum prophetie amiſſum propter peccata di. **Auditui meo dabis** id eſt des. quia vt dictum eſt ſupra: optatiue accipitur. **gaudium ⁊ leticiam** ſcilicet per hoc ꝙ facias me audire auribus mentis reuelatiōes tuas ſicut ante **⁊ exultabunt oſſa humiliata** id eſt corpus meum humiliatum in caſtigatione penitentie ⁊ eius oſſa exultabunt pre deuotione cordis redūdante in ea leticia ſpirituali de hoc ꝙ dimiſeris peccata ⁊ reſtituiſti gratiam prophetie priſtinam. ⁊ ſic gaudium refertur vel pertinet ad peccati remiſſionem: leticia ad gratie perdite recuperationē. Et in his eſt argumentum a conſequentibus. quaſi diceret. decet vt mihi dimittas peccata quatinus auditui meo des gaudium ⁊ leticiam. ⁊ exultēt pro tua gratia oſſa mea. **Auerte faciē tuam a peccatis meis** ſcilicet non aſpiciendo ea ad puniendū Amplius dicitur enim deus auertere faciem ſuā a peccatis: dum non aſpicit ad puniendum qui tamē oīa aſpicit cognoſcēdo **⁊ omnes iniquitates meas dele** Similitudo eſt de ſcripturis in tabulis factis que quandoqꝫ delentur. Omnia autem peccata noſtra quaſi in tabulis ſcribuntur dū in noticia diuina continentur vt ſuo tempore puniantur. Delentur cum peccatum ſic remittitur vt non puniatur. ⁊ quandoqꝫ per contritionem totus reatus peccatorum tollitur. ⁊ ſic a deo deleri dicitur ſm Hilarium. Inſuper oro. **Cor mūdum crea in me deus** cum iam antea cor habuit creatum a deo: quomodo petit ſibi creari cor? Reſpōdetur ſm Caſſiodorum: ꝙ creare hic poſitum eſt ꝓ reſtaurare. hoc eſt dicere. Cor mundum crea in me deus id eſt reſtaura per gratiam iuſtificātem. que gratia non educitur de potentia ſubiecti ſed in anima a deo creatur a ſolo deo **⁊ ſpiritum rectū** id eſt recte tendentem in deum **innoua in viſceribus meis** id eſt a peccati vetuſtate reforma per charitatem veram: vt in nouitate vite ambulem. **Ne proijcias me a facie tua** hoc eſt. ita innoua me vt decetero non proijcias a facie tua tanquam reprobatum a te. Nam a facie dei proijcitur qui curari contemnitur ⁊ reprobus habetur. **et ſpiritum ſanctum tuum** ſcilicet amoris tui: ac prophetie **ne auferas a me**. **Redde mihi leticiam ſalutaris tui** id eſt promiſſiones prius factas mihi de ſalutari tuo. hoc eſt. de chriſto ex mea ſtirpe oriundo. in quo letatus ſum: non retracta. ſed redde mihi eandem leticiam implende promiſſionis ſaluatoris confirmando. vt in eo habeā ſpem ſalutis **et ſpiritu principali confirma me** id eſt ſpiritu ſancto me preſerua a recidiuo mortalis culpe. Conſequenter ad predictas petitiones impetrandas inducit perſuaſiōes alias: arguendo ex conſequentibus dicens. **Docebo iniquos vias tuas** videlicet penitentie ve

re ꝛ obſeruantie mandatoꝛum tuoꝛum ⌊et impij
ad te conuertentur⌋ quaſi diceret. Si mihi pe/
nitenti gratiam reſtitueris: homines iniqui ꝛ im/
pij edocentur meo exemplo vt conuertantur ad pe/
nitentiam ꝛ preceptoꝛum tuoꝛum obſeruantiam:
ideo decet vt predicta preſtes mihi. Libera me
de ſanguinibus⌋ id eſt a pena moꝛtis quam in/
curri ex peccato effuſionis ſanguinum Urie et ali/
oꝛum eius occaſione. vt ſupra dictum eſt ⌊deus⌋
ſcilicet qui es ⌊deus ſalutis mee⌋ id eſt chꝛiſte
qui es ſaluatoꝛ meus et omnium credentium ⌊et
exultabit⌋ id eſt exultāter annunciabit alijs ⌊lin
gua mea iuſticiam tuam⌋ ſcilicet contempe/
ratam miſericoꝛdie qua peccata remittis (non niſi
ſm iuſticie regulam) vere penitenti. Domine la/
bia mea aperies⌋ id eſt aperias: quia optatiue
hec dicta ſunt vt ſupꝛa dictum eſt. Et in hoc petit
gratie infuſionem: vt acceptas deo laudes poſſit
offerre: quia vt dicitur Ecclſiaſtici decimoquinto.
Non eſt ſpecioſa laus in oꝛe peccatoꝛis. Sed cum
gratiam mihi reſtitueris: tunc ⌊ꝛ os meum an/
nunciabit laudem tuam⌋ ſcilicet modo tibi
accepto. Item preterea pſalmiſta ponit perſuaſio/
nem ad impetrandum predicta petita ex pꝛompti/
tudine qua ſeipſum offert ad ſatiſfaciendum de
peccatis dicens. Quoniam ſi voluiſſes ſacri
ficium dediſſem⌋ id eſt paratus eram ꝛ ſum of
ferre tibi illud ſacrificium veteris legis quod de/
bebatur pꝛo expiatione peccati. Sed ſcio ꝙ ⌊vti/
ꝗ holocauſtis non delectaberis⌋ id eſt ho/
locauſta de animalibus oblatis: que totaliter in/
cendebantur ad dei honoꝛem: non ſunt tibi acce/
pta. Nam ſacrificia veteris legis non erant acce/
pta de ſe ipſi deo. vt notat Lyra et communiter te/
nent doctoꝛes: ſed erant accepta tm̄ ex fide ꝛ deuo/
tione offerentium. Ideo dicit Apoſtolus Hebre/
oꝛum decimo. Impoſſibile eſt ſanguine hircoꝛum
aut tauroꝛum auferri peccata. Nam cum hoc ſit
pure coꝛpoꝛeum non attingit ad animam mun/
dandum: ſed inquantum talia ſacrificia erant pꝛo
teſtationes fidei de futura paſſione chꝛiſti quam
pꝛefigurabant: ab eis credita ꝛ deſiderata: Iſta fi/
des ꝛ deuotio offerentium auferebat peccata: quia
non niſi per fidem mediatoꝛis: hoc eſt chꝛiſti ſigni/
ficatam per illa ſacrificia homines ſaluabantur.
Unde illa non erant deo accepta ex re ipſa: ſed tan/
tummodo ex fide ꝛ deuotione offerentium: pꝛopter
quod Geneſis quarto dicitur. Reſpexit dominus
ad Abel. Et poſtea ſubdit. ꝛ ad munera eius. quia
non placuerunt deo munera niſi ex bonitate offe/
rentis ſcilicet Abel: qui fuit iuſtus. Quia vero Da
uid ante remiſſionem peccati non erat in tali ſtatu
offerendi. Ideo dicit. Holocauſtis que dediſſem
non delectaberis: ſed peccatoꝛum remiſſio adqui/
ritur ex contritione que pꝛimo eſt offerenda deo.
Ideo ſubdit. Sacrificium deo⌋ ſcilicet acce/
ptum ⌊ſpiritus contribulatus⌋ .ſ. per pn̄iam.
coꝛ contritū ꝛ humiliatum deus nō deſpi/
cies⌋ Minus dr̄ ꝛ plus ſignificat: vic ꝫ ꝙ multuꝫ
diligis: p̱ figurā litote. Et quia hoc depēdet ex diui
na bonitate: Ideo ſequit̄ Benigne fac dn̄e in
bona voluntate tua ſion⌋ id ē: monti ſion ⌊vt
edificentur muri hieruſalem⌋ id eſt muri tē
pli in hieruſalem per filiū meū Salomonē fūdan
di in illa parte vbi eſt mons ſion. ſicut iam de⁹ an/
te pmiſerat hoc ipſi Dauid. Myſtice: per hoc ſigni
ficabat̄ edificatio eccleſie catholice que dicitur ſiō:
quod ſpeculatio interp̄tat̄. quia eccl'ia p̱ fidem ve/
ram ſpeculat̄ deum. Et ſic dicit: Benigne fac ꝛc. ſi/
on. id eſt eccleſie: vt edificentur muri hieruſalem. ſ.
celeſtis ex electis filijs electi tanꝗ ex lapidibus vi
uis. Nam hieruſalē viſio pacis interp̄tat̄: et ideo ce
leſtem ciuitatem ſignificat vbi eſt pax eterna in di/
uina viſione dei. Hui⁹ muri ſunt angeli ꝛ homīes:
qui deſtructi ſunt qn̄ angeli apoſtatauerūt ꝛ hoīes
in peccatū lapſi ſunt. ſed reedificātur quādo homi/
nes ad pn̄iam ꝛ fidem chꝛiſti reducuntur: ex quib⁹
angelice ruine rep̱antur. Tunc acceptabis ſa/
crificium iuſticie oblationes ꝛ holocauſta
tunc imponent ſup̱ altare tuum vitulos⌋
q. d. ſicut in veteri teſtamēto reedificato templo cū
maioꝛi deuotiōe offerent̄ ſacrificia oblatiōis ꝛ ho/
locauſta ꝛ imponent̄ vituli ſacrificandi ſuper alta/
re: que tibi ſunt accepta non ex ſe: ſed ex deuotōne ac
fide offerentiū. Ideo nomīat ſacrificiuꝫ iuſticie. ꝓᵖᵗ
fidem ꝛ iuſticiā offerentiū. Ita poſtꝗ edificata fu
erit eccleſia catholica in fide chꝛiſti ꝛ moꝛibus: of/
ferentur tibi deo a fidelibus accepta ſacrificia ſpiri/
tualia. Et pꝛimo dicit: ſacrificium iuſticie. hoc eſt:
ſacrificium euchariſtie deo acceptiſſimū: qđ repꝛe/
ſentat paſſionem chꝛiſti qua iuſte ſatiſfecit pꝛo pec/
catis noſtris et offertur quotidie in eccl'ia. Secun/
do dr̄: oblatiōes. q̄ fiebant de terrenaſcētib⁹. ſ. frugi
bus ꝛ hmōi. ꝛ hoc ſ̄cat bona op̱a que faciūt fideles
in terreno coꝛpoꝛe. Tertio dicit: holocauſta: ab ho/
lon quod eſt totū: ꝛ cauma incenſum. ideo ſ̄cat cha
ritatē ꝛ eius op̱a q̄ hoīem totum incendit in diuino
amoꝛe. Quarto dr̄ vitulos īponendos ſup̱ altare. p̱
quod ſignificant̄ illi q̄ ſeip̄os veluti mactandos vi/
tulos offerūt ad martyriū ꝓ chꝛ̄o in hoſtiā viuentē
deo q̄ſi in altari paſſionis ſacrifican̄.

## Pſalmus.lij.

Quid glo ꝛiaris in ꝛc. In hoc pſalmo Dauid confoꝛtat fi/
deles contra obloquentes ꝛ perſecutoꝛes
ac eoꝛum complices. Quoꝝ omnium caput eſt an
tichꝛiſtus a diabolo incitandus cōtra fideles. pꝛo/
pter quod pꝛincipalius poſſunt hec accipi de ipſo

Unde redarguendo in ſpiritu oēs tales:quaſi vnū
corpus antichriſti alloquit̄ di. Quid gloriaris
in malicia⌋ quaſi di.hec eſt peſſima ⁊ diabolica
gloria:ac peccatū contra ſpūmſanctū⌊qui potēs
es in iniquitate⌋.i.potenter exerces iniquitatē:
quod non eſt poſſe.ſed potius deficere.quia pecca-
re ⁊c.ſequitur Tota die iniuſticiam cogita-
uit lingua tua⌋ vt loquereſ maluȝ ex corde⌊ſi-
cut nouacula acuta feciſti dolum⌋ hoc dicit
quia ipſa nouacula bene acuta.ſ.raſorium vel for-
pex aufert ⁊ preſcindit pilos tā expedite ꝙ quaſi nō
ſentitur. Et ſic eſt ſenſus: Tu male homo ita ſubti
liter ⁊ expedite feciſti dolum deceptionis ⁊ menda-
cij contra proximum:auferendo eius bona vel fa-
mā tanꝙ pilos: ſic ꝙ nec percipiebat̄. Dilexiſti
maliciam⌋ ſcilicet ex affectu quod eſt contra na-
turam⌊ſuper benignitatem⌋hoc eſt:pietatem
que dicitur benignitas quaſi bona igneitas:quam
in homine natura ipſa docet.quia vt dicit philoſo-
phus in politic. Homo eſt naturaliter animal mā
ſuetum ⁊ ſociale ac piū:ꝓpter quod nec cornua nec
vngues nec dentes ferales habet a natura quibus
lacerare vel ledere ferociter poſſet: ſicut habent fe-
re ⁊c. Unde contra naturam eſt maliciam plus ꝙ̄
benignitatem diligere.et⌊iniquitatem magis
ꝙ̄ loqui equitatem⌋ dum cōtra iuſtos profers
ſententiam mortis ⁊ iniq̊s exaltas. Dilexiſti oīa
verba precipitationis⌋ id eſt p̄cipitanter mā-
dare ſanguinē innocentum effundi: ⁊ eos conde-
mnari iniuſto iudicio⌊lingua doloſa⌋ videlicet
fallacis calumnie miniſtra ⁊c. Propterea de-
us deſtruet te in finem⌋ ſcilicet perdēdo mor
te eterna⌊euellet te⌋ ſcȝ animā tuam extrahēdo
de corpore tuo⌊et emigrabit te de taberna-
culo tuo⌋ hoc eſt:de corpe vel de mundo iſto emi
grare te faciet ad infernum⌊et radicem tuam⌋
id eſt poſteritatem generationis ⁊ ſequacium tuoꝝ
que tanꝙ de radice a te pullulant⌊de terra viuē
tium⌋ id eſt de vita tam preſenti ꝙ̄ futura: vt nō
regnent h̄ ⁊ in futuro. quia non habebunt partem
cum ſanctis. Uidebunt iuſti⌋ ſcilicet deiectio-
nem ⁊ punitionem impioꝝ⌊et timebunt⌋ ſcilicȝ
deum offendere plus ꝙ̄ ante. Uel in celo videntes
damnationē impiorum quam incurrerunt in iudi
cio dei iuſto: timebunt quadam reuerentia filiali
quia timor domini ſanctus permanet in ſeculum ſe
culi:vt dicit Pſalmiſta⌊⁊ ſuper eum ridebūt⌋
id eſt: gaudebunt pro eo ꝙ ipſi illorum pericula ꝑ
dei gratiam euaſerunt ⁊ pro iuſticia dei. Nam leta
bitur iuſtus cum viderit vindictam:teſte Pſalmi-
ſta. Uel aliter. Juſti in preſenti videntes malorum
punitionem ridebunt ſuper eos.id eſt irridebūt cō-
temnendo eorum pompam ⁊ ſuꝑbiam⌊et dicent
Ecce homo qui non poſuit deum adiuto-
rem ſuum⌋.ſ.ideo merito prolapſus eſt in infer-
num Sed ſperauit in multitudine diuiti-
arum ſuaꝝ⌋ ſcȝ ponendo ibi finem ſuū⌊et p̄ua
luit in vanitate ſua⌋.i.in pſꝑitate vana ad tē-
pus modicū. Ego aūt ſicut oliua fructifica-
ui in domo dei mei⌋ hoc d̄t iuſtus ⁊ fidelis chri
ſtianus quē impi⁹ ē ꝑſecutus. Ego inq̄t ſicut oliua:
quia oleo vnctus eſt chrianus in baptiſmate. Et ſic
oliua omni tꝑe viret ⁊ ē fructifera: ſic chrian⁹ virēs
ſemꝑ in fide fructificat in bono opere:que facit in
domo dei.i.in eccleſie ſancte vnione. Speraui in
miſericordia dei in eternum ⁊ in ſeculum
ſeculi⌋ hoc eſt:nō t̄m in pn̄ti vita:ſed etiā in futu-
ra beatitudine tenendo q̊d h̄ ſperauerā: ac iugiter
laudando.ꝓpter quod ſubdit̄: Cōfitebor tibi⌋
ſcȝ cōfeſſione laudis⌊in ſeculū⌋.i.ꝑpetuo⌊quia
feciſti⌋.ſ.mihi miſcdiaȝ in pn̄ti. Et quia feciſti iu
ſtum iudiciū de inimic.:vt p̄dictū eſt in h̄ pſalmo.
⌊et expectabo nomē tuū⌋.i.nois tui rē que eſt
ſalus eterna.q2 Jeſus ſaluatiōem ſignificat quam
Dauid expectabat ꝑ chr̄m ipleri: ⁊ nos ſilr̄ in retri-
butione iuſtoꝝ expectamus. Jdeo addit⌊qm̄ bo-
num eſt in cōſpectu ſctōꝝ tuoꝝ⌋ hoc eſt no
men tuū in ſaluatōe eterna delectabile ⁊ btīficū ac
laudabile eſt in cōſpectu viſionis diuine q̄ fruūtur
ſancti tui:⁊ de hoc laudant nomen tuū in eternū.

## Feria.IIII.

### Pſalmus.lij.

d Jxit inſipiens
⁊c. Jn hoc pſalmo Dauid conſo-
latur bonos vt ſpeȝ habeāt ꝙ de-
us eos liberat de malicia ꝑſecuto
rum quoꝝ caput eſt antichriſt⁹.
Unde dicit Dixit inſipiens in corde ſuo:nō
eſt deus. Corrupti ſunt et abominabiles
facti ſunt in iniquitatibus: non eſt qui fa-
ciat bonū. Deus de celo proſpexit ſuper
filios hominū vt videat ſi eſt intelligens
aut req̄rēs deū. Oēs declinauerūt ſimul
inutiles facti ſunt:non eſt qui faciat bonū
non eſt vſq̄ ad vnum⌋ Jſti oēs verſus predi-
cti in forma habent̄ ⁊ expoſiti ſunt ſ̄.pſalmo.xiij. q̄
ibi eſt recurrendū. Sequit̄ Nōne ſcient oēs q̄
operantur iniq̄tatem⌋q.d.imo ſcient ꝑ penaꝝ
expꝛientiam que infligetur eis⌊qui deuorant ple
bē meā vt cibum panis. Deū nō īuocaue
runt: illic trepidauerūt timore vbi non e-
rat timor⌋ Jſti etiam verſus ibidem.ſcȝ pſalmo
xiij.habentur expoſiti. Sequitur: Quoniam
deus diſſipauit oſſa eorum qui homini-
bus placent⌋hoc eſt: deus diſſipat dānando oſ-
ſa.id eſt vires anime in quibus cōſiſtit eius robur

et etiā corꝑalia oſſa per varia tormēta in iferno cruciando. illoꝝ. vicꝫ qui hominibꝰ placere querūt ſtudioſe: non ſm deum: ſed in malis conſentiēdo: adulando: participādo: et alijs modis conſimilibꝰ. Nā placere hominibꝰ poteſt quis dupl'r. Aut in bono ⁊ ſm deum. et hoc eſt bonū ⁊ meritoriū. Unde. i. Corinth. x. Placere omnibꝰ ſicut ⁊ ego omnibus et ꝑ omnia placeo ⁊c. Aut in malo vel peccatis: que ſūt cōtra beneplacitū dei. et hoc eſt malum et damnabile. Unde Gal'. i. idem apoſtolus ait: Si adhuc hominibus placerem ſcꝫ in malis: chriſti ſeruꝰ non eſſem. Hec patent per Auguſtinū ⁊ Lyram. et tales ſcilicet placentes in malis [confuſi ſunt] ſcilicet extrema confuſione in gehēna [quoniam deus ſpreuit eos] eijciendo a ſuo conſpectu: et ſanctorum conſortio. Et quandoqꝫ etiam confundentur in preſenti deprehenſi in malo. Quis dabit ex ſion ſalutare iſrael Cum conuerterit dominus captiuitatem plebis ſue exultabit Jacob ⁊ letabitur iſrael] Iſte verſus habetur in forma vbi ſupra. ſ. pſalmo. xiij. et exponatur ſicuti ibidem eſt expoſitus. Nam ille pſalmus videlicꝫ xiij. eſt multū ſimilis huic. Quod factum eſt idcirco. quia Dauid fecit vtrūqꝫ pſalmū in ſpiritu preuidens vtranqꝫ tribulationem. ſ. tunc futuram iudeis. Primū fecit cōtra Nabuchodonoſor regem babylonis qui primū templū deſtruxit ⁊ populum captiuauit. Hunc alterum fecit contra Antiochuꝫ et regnum grecorum: vt dicit Lyra: qui ſecundum templū prophanauit ⁊ multos iudeorum occidit ⁊ captiuauit. Que tribulationes quodāmodo conſimiles fuerunt: ideo ⁊ iſti pſalmi cōſimiles facti ſūt Item Nabuchodonoſor interpretatur: ſedens in anguſtia agnita: vt dicit Hierony. de interpretationibus nominū hebraicorū. Idcirco ſignificat membra antichriſti: qui ſedent in anguſtia peccati ſcienter cōmiſſi: et tandem ſedebūt in anguſtia infernalis pene. Antiochus autem expreſſe fuit figura antichriſti: ſm Lyram. Et quia membra cum capite habent conuenire: Ideo pſalmus. xiij. qui loquitur de membris antichriſti: et iſte pſalmus qui loquitur de antichriſto principalius et complicibus: conſimiles ſunt ⁊c.

## Pſalmus. liiij

DEus in nomie tuo ſaluum ⁊c. In hoc pſalmo Dauid orat in ꝑſona chriſti ⁊ ſuorum mēbroꝝ: monens vt fideles in aduerſis exemplo chriſti non deficiāt: ſed orent ⁊ deum laudent. Unde orando dicit in ꝑſona chriſti ⁊ cuiuſlibet iuſti. Deus in nomine tuo] id eſt: in gloriam nominis tui a me inuocati [ſaluum me fac] ſ. humanitatem chriſti ⁊ mea mēbra. i. iuſtos. hoc eſt: libera ab iniuſta ꝑſecutiōe maloꝝ. vel cōſerua ne deficiant in tribulatiōe [et in virtute tua] i. in potentia tua [iudica me] id eſt: pro me declarando meam innocentiam: ⁊ iuſto iudicio tuo puniendo eorum maliciā. Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei] ſcilicꝫ vt prebeas mihi ⁊ mēbris meis tuam conſolationem. Quoniā alieni] ſcꝫ a deo ⁊ a fide vera [inſurrexerūt in me] id eſt cōtra me: falſis accuſationibus me diffamantes inique ⁊c. [et fortes] id eſt: potentes principes ſacerdotum: vel fortes. i. demones qui ſunt fortiſſimi: vt dicit Job. xlj. Iſti ꝑ iudeos ⁊ tyrānos ꝑſecutores [queſierunt animā meam] ſ. auferre vel ꝑdere [⁊ non poſuerunt deum añ conſpectū ſuum] i. dei timorē non curauerunt. Uel ſm Honoriū. i. deum mihi vnitū noluerūt cōſpicere vt crederent ⁊ eum reuererent. Diapſalma: de q̄ habet pſ. xxxj. Ecce enī deus adiuuat me] ſ. et mea membra. hoc eſt: fideles in paſſionibꝰ patienter ſufferēdis [et dñs ſuſceptor eſt aīe mee] ſcꝫ in morte: vt reſuſcitet in gloriam. et aīas membrorum meorū ſuſcipit vt ꝑducat ad gaudia celeſtia. Auerte mala] ſcilicet pene [inimicis meis] hoc eſt: iudeis. qui ꝓpter occiſionem chriſti incurrerunt duplicia mala. ſ. preſentia: quando ꝑ romanos capti ſunt ⁊ multi occiſi. et etiaꝫ futura mala gehenne. Sic ⁊ tyranni ꝑſecutores martyrū puniuntur in gehenna ⁊ multi eoruꝫ etiam in p̄nti ⁊c. Iſta aūt mala pene poſſunt iuſti bene optare petōribꝰ inimicis: non q̇dem zelo vindicte: ſed ꝑ zelū iuſticie diuine: et vt vexatio det eis intellectū: vel ſaltē impedimentū ne peccent in perſequendo vlteriꝰ iuſtos: vt patet ſm Lyram in expoſitione morali [⁊ in virtute tua] id eſt: ſicut veraciter promiſiſti innocētes ſaluare et impios damnare [diſperde illos] ſcilicꝫ perditione eterna vel etiam temporali. Nam iudei diſperſi ſunt per totū mundū ⁊ diſꝑditi. multi per gladium ⁊ famem occiſi: ac in ꝑditionem captiuitatis ducti. Alij aūt perſecutores eccleſie diſperditi ſunt eterna morte. vl' diſperſi: quia ad diuerſa tormenta gehenne eiecti. Unde indifferenter poteſt hec littera habere diſperde per d. vel diſperge: per g ſcribendo. Uoluntarie ſacrificabo tibi] hoc eſt: non coactus: ſed voluntarie vl' ſponte offeram me tibi in paſſione. Hoc dicit chriſtus vt ſuo exemplo etiam membra ſua id eſt fideles offerant ſe voluntarie ipſi deo: ſiue in paſſione martyrij dum oportet: ſiue in penitentie et virtutū operibus exercitandis [et confitebor nomini tuo domine] ſcilicꝫ laudando et gratias agendo [quoniā bonum eſt] tam in ſeipo videlicet: quia deus eſſentialiter eſt bonus: q̄ꝫ in nobis: exhibendo beneficia et bonitatē cōmunicando. Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me] ſcꝫ in p̄terito. Nam chr̄s ereptus eſt in reſurrectiōe

ex omni tribulatione paſſionis et mortis. Et fide-
les eripiūtur ſepe temporaliter: ſemper aūt in mor-
te quando ducentur ad celeſtem pacem. Et qꝛ ſpe-
ro ꝙ etiam de futuro eripies me in membris. Jdo
ſubdit ⌊⁊ ſuper inimicos meos⌋ tam viſibiles
vt ſunt perſecutores homines. ꝗ̃ inuiſibiles vt ſūt
demones ⌊deſpexit oculus meus⌋ ſcilicet con-
temnendo ⁊ pro nihilo reputando eorum inſidias.
Alia littera habꝫ. Reſpexit ocul⁹ meus. ⁊ ſenſus ē
ſm Auguſtinū quaſi diceret. Reſpexit oculus me-
us ſuper inimicos ⁊ vidi ꝙ cito morituri ſunt. ⁊ in
idem redit. quia recognoſcendo ꝙ cito tranſit eorū
perſecutio deſpiciuntur ⁊ minus curantur: confi-
dendo de dei bonitate in qua ſperant fideles ſalua
ri ⁊ adiuuari in perſecutionibus. Uel hoc dicit chri
ſtus. quia inimicos ſuos deſpectibiles et in futuro
iudicio damnabiles p̄uidit. Sed quare hunc pſal-
mum eccleſia quotidie ad primam horam canoni-
cam cantat. Reſpondetur ſm Honorium ꝙ ideo.
quia quotidie per hūc pſalmum a corpore diaboli
eruit preſeruari ſuos poſtulat. ⁊ incorporatos chri
ſto in noīe eius ꝑpetue ſaluari exorat.

## Pſalmus.liiij.

Exaudi deus oratio
nem ⁊c̄. Jn hoc pſalmo Dauid ſanctus
facit orationem in perſona chriſti orantis
in ſua paſſione. vt exemplo eius diſcamus et nos
orando deuincere aduerſa. Unde in perſona chri-
ſti patientis orat ſic dicens. ⌊Exaudi deus ora-
tionem meam⌋ ſcilicet vt auxilium preſtes mi-
hi ⌊et ne deſpexeris deprecationem meaꝫ:
intende mihi ⁊ exaudi me⌋ Hec verba loqui
tur chriſtus ſm humanitatem. Et quater eandem
ſententiam replicat ſub alijs verbis: ad oſtenden-
dum magnum affectum ſue orationis. vt dicit Ly
ra. in vtraqꝫ expoſitione. Et ad deſignandum inq̄t
quattuor orationis ſpecies in eccleſia ſolitas ſcilicꝫ
Orationes: obſecrationes: poſtulationes: ⁊ gratia
rumactiones. De quibus habet̄ prime Timothei.
ſecundo. vbi idem Lyra dicit ꝙ oratio eſt aſcenſus
mentis in deum ſm Damaſcenū. Poſtulatio autē
eſt propoſitio eius quod in oratione petitur. ſiue in
generali. vt cum dicitur. Deus adiuua me: ſiue in ꝑ
ticulari poſtulādo aliquod bonum aſſequi vel ali-
quod malum euadere determinate. vt dicēdo. ſm
multitudinem miſerationum tuarum dele hanc
iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquita
te mea ⁊c̄. Et iterum. Redde mihi leticiam ſaluta
ris tui. Jtē obſecratio eſt d̄precatio per res ſacras
vt dicendo. per ſanctam reſurrectionem tuam libe
ra nos domine. Uel ſicut eccleſia ſolet in fine colle-
ctarum di. per dominum noſtrum Jeſum chriſtuꝫ
vel aliud ſimile. Deniqꝫ gratiarumactio in oratio-
ne fit: quia gratitudo de beneficijs acceptis reddit
hoīem dignū ſcꝫ de futuris accipiendis ⁊ per ꝯn̄s
de orationibus exaudiendis vt dicit etiam Grego.
Chriſtus autē dominus his quattuor modis ora-
uit. Primo mente orando: quando pernoctauit in
orōnibus. Scd̄o poſtulando: qn̄ dixit. mi pr̄ ſi poſ-
ſibile eſt transfer a me calicē ⁊c̄. Tertio obſecrando
ꝑ rem ſacrā vicꝫ ꝑ ſctm̄ nomē ⁊ ꝟitatē dei ⁊c̄. Joan.
xvij. di. Pater ſctē ſerua eos in noīe tuo q̄s dediſti
mihi. Et infra. Sanctifica eos in ꝟitate. ſermo tu
us veritas eſt. ſicut tu me miſiſti in munduꝫ: ⁊ ego
eos miſi in munduꝫ. ⁊ ꝓ eis ego ſanctifico meipm̄.
ſcꝫ in paſſione. q. d. ꝓpter paſſionē meā ſctifica illos
Quarto orauit gr̄as agendo. vt ptꝫ Jo. xj. in reſuſ-
citatione Lazari. Un̄ ꝓuidens Dauid de his q̄ttu
or modis orandi in ꝑſona chr̄i dr̄. Exaudi deus ora
tionē meā. q̄ ad primū. ⁊ ne deſpexeris deprecationē
meā. i. obſecrationē. q̄ ad tertiū modū. Jntende mi
hi ſcꝫ gratias agenti. q̄ ad quartuꝫ. ⁊ exaudi me ſcꝫ
in poſtulatione quo ad ſecunduꝫ. Et tandeꝫ allegat
cauſaꝫ q̄re ſic clamauerit ad deū pluribꝫ mōis ſub
dens. qꝛ ⌊Contriſtatus ſum in exercitatiōe
mea⌋. i. mihi illata. Nam vt Aug. dr̄. Paſſionuꝫ
maloꝝ hoīm: exercitationē ſuaꝫ chriſtus hic vocat
⌊⁊ ꝯturbat⁹ ſum a voce inimici ⁊ a tribu-
latione pctōris⌋ Hec chr̄s dicit ⁊ intelligenduꝫ
eſt ꝙ ſit ꝯtriſtatus ⁊ ꝯturbatus ſm ꝓpaſſionē tm̄-
modo. ⁊ non ſm paſſionē. ſm doct. ſuper. iij. Quia
chr̄i mens quieta fuit ſꝑ ab oīm turbatiōe. licꝫ ſua
ſenſualis pars triſtaret̄ ⁊ turbaret̄ ꝯtrum ad ꝑtem
rōnis inferiorē ꝓpter pctā hoīm de paſſione ingra-
toꝝ ⁊c̄. ⌊Qm̄ declinauerūt ī me iniq̄tates⌋
ſcꝫ mēdaciter dicētes me eſſe blaſphemū. demoniū
habere ⁊ reum eſſe mortis ⁊ hmōi ⌊⁊ in ira mole
ſti erant mihi⌋ ſeuere me affligen. flagellis ⁊ con-
ſputionibus colaphis ⁊ alapis ac alijs modis que
tn̄ non merui. ⌊Cor meū ꝯturbatū eſt in me⌋
ſcꝫ modo p̄dicto ꝓpter pcta coꝝ ⌊⁊ formido mor
tis cecidit ſuꝑ me⌋ qꝛ chr̄s imminēte paſſiōe ce
pit pauere ⁊ meſtus eſſe. ac dixit. Triſtis eſt anima
mea vſqꝫ ad mortem ⁊c̄. ⌊Timor et tremor ve-
nerūt ſuper me⌋ ſcꝫ adeo ꝙ ſanguinem ſudauit
⌊⁊ contexerūt me tenebre⌋. i. dure aduerſita-
tes: in cuius ſignuꝫ chr̄o in cruce pendente: tenebre
facte ſunt ⁊c̄. Nam ⁊ in ſcripturis aduerſitates per
tenebras ſignificant̄. iuxta qd̄ chriſtus dixit illis q̄
eum caꝑe volebāt. di. hec eſt hora vr̄a ⁊ ptās tene-
braꝝ ⌊⁊ dixi⌋ vicꝫ petendo a deo liberari. ⌊Quis
dabit mihi pēnas ſicut colūbe⌋ q. d. non ali⁹
niſi tu deus: dabit mihi pennas quibꝫ volare poſ-
ſim in celum vſqꝫ ad dexterā dei pr̄is. Jſte aūt pen
ne ſunt dotes glīoſi corporis q̄s habuit chr̄s in re
ſurrectiōe. Sed q̄re addit: ſicut columbe? Rn̄det
Honori⁹ ꝙ ideo: qꝛ colūba felle caret q̄ dum a nido
euolat cōtingit ꝙ ab accipitre lacerat̄. Sic chr̄s in-
nocēs ⁊ mitis felle carēs iracūdie dū de celo in hūc

mundū euolaſſet ſeuicia iudeoꝝ veluti accipitrum
eum in paſſione lacerauit. ſed deus eidem iterato
pennas dedit.id eſt:dotes glorioſe reſurrectionis:
quibus ad ſuum nidum celeſtem vnde venerat re/
uolauit. Ideo addit ⌊et volabo⌋ ſcilicet in celum
⌊et requieſcam⌋ ſcilicꝫ in pace perpetua. Deni/
qꝫ ipſa columba naturaliter cognoſcens accipitris
ſeuiciam: ſe elongat ab his locis vbi ſolet accipiter
frequentius diſcurrere. Ideo ſubdit iuxta hanc ſi/
militudinem Ecce elongaui fugiens⌋ ſcilicet
a iudeis non credentibus. quia chriſti apoſtoli vi/
dentes ꝙ iudei nolunt recipere fidem:ſed pſequun
tur eos: tranſierūt ad gentes. Unde ſequitur ⌊et
manſi⌋ ſcilicꝫ per fidem ⌊in ſolitudine⌋ id ē in
gentilitate que erat a virore gratie arida et deſerta
tanqꝫ ſolitudo. Expectabam eum⌋ hoc eſt ei⁹
voluntatem ſcilicꝫ dei patris patienter preſtolādo
⌊qui me ſaluum fecit⌋ ſcilicet reſuſcitando ⌊a
puſillanimitate ſpiritus⌋ id eſt a timore paſ/
ſionis ⁊ triſticia ⌊et tempeſtate⌋ videlicet perſe
cutionis ⁊ tribulatiōis. Nam chriſtus poſt ſuā re/
ſurrectionem expectauit voluntatem de iudeorum
punitione vſqꝫ ad annos quadraginta:qui tamen
non ſunt conuerſi penitentiam agendo de occiſio/
ne chriſti.ſed magis indurati pſecuti ſunt diſcipu/
los eius. ideo ſunt iudicio dei per romanos puni/
ti. Et de hac ergo punitione ſequitur Precipita
domine⌋ ſcilicꝫ deijciendo eos vicꝫ infideles iu/
deos ⌊et diuide linguas eorum⌋ Caſſiodo.i.
non ſolum deijce eos a gloria temporali in q̄ erant
in terra ſua manentes. ſed etiam diuide eos per di
uerſas linguas nationum in terris alienis. et ſic fa
ctum eſt. Nam ſicut per mundum diuiſis: eorum
lingue diuiſe ſunt ſm diuerſitatem linguarum gē/
tium in quibus habitant loquendo ⁊c. ⌊quoniā
vidi iniquitatē⌋ ſcꝫ operum in occidendo inno/
centes ⌊⁊ cōtradictionē⌋ ſcꝫ veritatis fidei chri/
ſti ⌊in ciuitate⌋ ſcꝫ Hieruſalem et eius filiabus
vicꝫ ciuitatibus iudeorum. Die ac nocte⌋ id eſt
continuatis vicibus ⌊circundabit eam⌋ ſcꝫ hie
ruſalem ⌊ſuper muros eius⌋ hoc ē exceſſiue tā/
qꝫ inundans ſuper muros eius ⁊ edificia ⌊iniqui
tas ⁊ labor⌋ id eſt conatus vel ſtudiū male agen
di ⌊in medio eius ⁊ iuſticia⌋ perſecutionis fi/
dei chriſti. Et non defecit de plateis eius
vſura et dolus⌋ ſcilicet in decipiendo proximū.
Nam videmus ꝙ ⁊ nunc omnes iudei ſunt vſura
rij ⁊ furtorum ac rapinarum receptatores. Quo/
niā ſi inimicus me⁹ maledixiſſet mihi⌋ ſcꝫ
pro eo ꝙ ſibi nocuiſſem ⌊ſuſtinuiſſem vtiqꝫ⌋.i.
cauſam patienter ſuſtinendi haberē. Et ſi is qui
oderat me⌋ ſcꝫ apte ⌊ſuper me magna locu/
tus fuiſſet⌋ ſcꝫ blaſphemādo ſicut tu feciſti ⌊abſ
condiſſem me forſitan ab eo⌋ id eſt non ma/
nifeſtaſſem me ſibi in puniēdo eū in pſenti. Tandē
illos ſimul cuꝫ Juda pditore tanqꝫ ingratiſſimos
redarguit di. Tu vero homo vnanimis⌋ hoc
eſt.tu Juda proditor ſimul cum populo iudaico
homo vnanimis id eſt vnius animi mecum ſm ap
parentiā tanqꝫ qui coniunctus es diſcipulis meis
⌊dux meus⌋ .i. pcurſor itineris mei.⁊ ſic dr dux
a ducēdo qꝛ cum ceteris apoſtolis ipſe etiā Judas
miſſus fuit ad pdicandū ante faciem chriſti in ciui
tates ⁊ loca ad que ipſe chriſtus erat venturus. Lu
ce.x. ⌊⁊ notus meus⌋ ſcilicet familiaris. vtpote
diſpenſator. Qui ſimul mecum dulces capi
ebas cibos⌋ id eſt amoris dulcorem oſtenſiuos.
tingens manum ſimul mecum in parapſidem.⁊ ac
cipiens de manu mea corpus meum in eucharitia
⌊in domo dei⌋ id eſt in templo vel i eccleſia diſci/
pulorum ⌊ambulauimus⌋ ſcilicet ad predican/
dum ⌊cum conſenſu⌋.i. pari voluntate.cū diſci/
pulis ceteris.⁊ ſupplendum eſt. Tu cū fueris mihi
taliter ꝯiunctus tradidiſti me. Hec pdicta etiā de
populo iudaico dici conueniunt vicꝫ. Tu vero ſcilꝫ
iudaice popule.homo vnanimis. quia in eadem le
gis obſeruantia conſentiens. dux meus:in doctri/
na legis ⁊ ſacerdotio ad deū ducens. ⁊ notus me⁹
in cognatione generis.qui ſimul ⁊c.cibos ſiue cor/
porales:quia manducauerūt ſepe cum chriſto pha/
riſei.vt patꝫ Luce.vij.ſiue ſpirituales ſacre ſcriptu
re. In domo dei id eſt in templo ambulauimus cū
conſenſu pariter intrando ad orandum vel etiam
ſacrificandum agnum paſchalem ⁊c. ſupple tu tal'
occidiſti me. Propterea Dauid in perſona chriſti
predicit penam tam Jude qꝫ iudeorum di. Veni/
at mors ſuper illos⌋ ſcꝫ Judā ⁊ iudeos.quod
impletum eſt.quia Judas ſeipſum occidit. ⁊ rho/
mani tandem iudeos pro maiori parte peremerūt:
alijs captiuatis. Hoc autē ꝙ dicit optatiue veni/
at.loquitur.non zelo vindicte ſed zelo diuine iuſti/
cie ⌊⁊ deſcendāt in infernum viuentes⌋ id
eſt digni ſunt vt deſcendāt in infernum vbi viuant
cruciati in eternuꝫ. ⁊ magis ſunt digni tali pena qꝫ
Chore ⁊ complices eius quos viuos abſorbuit ter/
ra Numeri.xvi.eo ꝙ ingrati beneficijs reſtiterunt
Moyſi. Quoniā nequicie in habitaculis
eorum⌋.i. in corporibus ⁊ in domibus in quibus
neqcias ꝯ chrm̄ ⁊ diſcipulos ei⁹ excogitāt ⁊ exercēt
⌊in medio eoꝝ⌋.i. in corde vel in medio.i. cōiter
in manifeſto pſequendo chri fidem. Ego autē ad
dn̄m clamaui⌋ ſcilicet orādo ⌊⁊ dn̄s ſaluauit
me⌋ ſcꝫ de mortis faucibꝫ p reſuſcitationē glorioſā
Veſpere ⁊ mane et meridie⌋ ſic loquit᷑.quia
mos erat iudeis his tribꝫ temporibꝫ p diē de diui/
nis bn̄ficijs recolere ⁊ deuꝫ laudare ac adorare.vt
patꝫ Daniel.vi. ⌊narrabo⌋ ſcꝫ deum confitendo ⌊⁊
annunciabo⌋ ſcilicet alijs dei bn̄ficia. Nam chri
ſtus dominus veſpere narrauit et annunciauit dei
beneficia quando in veſpere cene agni paſchalis
eucharistiam inſtituit: patri gratias egit. ac ſu/
am paſſionem pro hominuꝫ ſalute ſuis diſcipulis

predixit. Item mane narrauit quando in mane di/
ei tertie reſurrexit ꝛ primo apparuit. ꝛ ſic deum de
ſua reſurrectione laudari voluit. Itē meridie nar/
rauit: quia in meridie diei paraſceues in cruce ora/
uit ꝛ clamauit pſalmum. Deus deus meus quare
me dereliquiſti ꝛc. Et etiam quando in meridie diei
aſcenſionis in celum aſcendit ꝛc. Sequitur [ꝛ ex/
audiet] ſcilicet deus [vocem meam] ſcilicet ſal/
uando per me genus humanū. [Redimet in pa
ce animam meam] ſcilicꝫ de inferni limbo edu
cendo ꝛ corpori reſtituendo ad pacem glorioſe im/
paſſibilitatis ducendo [ab his qui appropin/
quant mihi] ſcilicet ad nocendum in membris
meis vt fidem meam extinguāt: ſicut fecerunt iu/
dei diſcipulis chriſti ꝛ fidelibus [quoniaꝫ inter
multos erat mecum] id eſt aſſiſtebant mihi
ad perdendum me ꝛ meos fideles: ſimul conueni/
endo cum multis aduerſum meam fideꝫ. [Exau/
diet deus] ſcilicet me ꝛ meos fideles [ꝛ humili
abit illos] ſcilicꝫ perſecutores [qui eſt ante ſe
cula] hoc eſt deus. [Non enim eſt illis com/
mutatio] ſcilicet de culpa ad gratiā per penitenti
am: quia ſunt obſtinati [ꝛ non timuerūt deū]
ſibi manifeſte repugnātes. Ideo deus [extendit
manum ſuam] id eſt potentiam vindicte [in re
tribuēdo] ſcilicet penam eis debitam. [Conta/
minauerunt teſtamentum eius] quaſi dice
ret hec cauſa eſt punitionis eorū quia contamina/
uerut legem dei tranſgrediendo que prohibet perſe
qui innocentem. Uel aliter. Contaminauerunt te/
ſtamentum eius falſe exponēdo ſcripturas in odi/
um chriſti [Diuiſi ſunt] id eſt diſperſi ꝑ munduꝫ
ꝛ per multos errores. ꝛ hoc dei iudicio. Ideo ſubdi
tur [ab ira vultus eius] Loquitur de deo mo/
re humano: quia in homine ira apparet maxime in
vultu. Et per hoc ſignificatur ira id eſt vindicta di
uini iudicij quo ſic permiſſi ſunt puniri vt diſperge
rentur ꝛ in varios errores caderent [ꝛ appropin
quauit cor illius] ſcilicet ad me. Sed aliqui li/
bri habent: non appropinquauit cor illius: et male.
Nota autem ꝙ cor hic accipitur pro intellectus ve/
ritate et pro amore. ꝛ ſic ſenſus eſt. ꝙ veritas intel/
lectus ſcripturarum et amoris dei que antiquitus
erat in prophetis et bonis iudeis: appropinquauit
chriſtifidelibus in eccleſia: quia ipſi chriſtiani te/
nent veritatem intellectus ſcripturarum et amo/
ris diuini: que veritas a modernis iudeis receſſit
et chriſtianis appropinquauit deo dante. Uel Ali/
ter. Appropinquauit cor illius ſcilicet contra me:
quia voluit vt occiderēt me. Et etiam appropinqua
uit cor ad ſubuertendum et decipiendum mem/
bra mea in fide et moribus: per pſeudoapoſtolos
et hereticos qui a principio eccleſie ſemper pullu/
lauerunt. vt patet de Nicolao aduena antiocheno
et multis alijs ex epiſtolis apoſtolorum ꝛc. Sequi
tur. [Molliti ſunt ſermones eius ſuper ole/
um: et ipſi] ſcilicꝫ ſermones eius [ſunt iacula]
Hoc Pſalmiſta dicit. quia falſe expoſitiones ſcri/
pturarum ſiue a iudeis ꝛ pſeudoapoſtolis ſiue ab
hereticis conficte: mollite ſunt ꝑ blandimenta adu
latoria ad decipiendum animas ſub blandimento
veritatis ꝛ mollicie relaxationis ad carnalem vitā
et vicia complacentia hominibus mundanis: ad
que proni ſunt homines: vt ſic plures adhereāt eis
ſm carnis ſue complacentiam contra ſpiritum. Et
huiuſmodi erronei ſermones eoruꝫ ſunt iacula. q̄a
vulnerant animā peccato tali ad mortem eternam
tanq̄ꝫ iacula infixa cordi. [Iacta ſuper dominū
curam tuam] Uerba hec dicit chriſtus eccleſie
ſue et fideli vnicuiqꝫ: hortando. et ſic eſt diapſalma
h̄ per cōmutationem vocis ꝛ ſententie. quaſi d. Si/
cut ego chriſtus totum me poſui in curam dei: ita
et tu eccleſia mea iacta in deum curam tuam [et
ipſe te enutriet] ſcilicꝫ tam ſpiritualiter nutri/
mento verbi dei et euchariſtie: q̄ꝫ temporaliter [et
non dabit in eternum fluctuationem iu/
ſto] hoc eſt: periculum fluctus ꝛc. Nam lꝫ patia/
tur eccleſia fluctuationem tribulationuꝫ: tamen nō
peribit in huiuſmodi fluctibus in preſenti: ꝛ in fu/
turo eternaliter ſaluabitur. [Tu vo deus dedu/
ces eos] .ſ. incredulos iudeos predictos ꝛ omnes
ꝑſecutores ac hereticos [in puteum īteritus]
ſcilicet infernalis. [Uiri ſanguinum] id eſt effu
ſores ſanguinis [et doloſi] contra proximum: ſi/
cut fuerunt predicti [non dimidiabunt dies
ſuos] Hoc dicit: quia tales tempꝰ vite quod ſpe/
rant et eius dimidium non implebunt: eoꝙ talibꝰ
dei iudicio mors cōmuniter acceleratur ſepiſſime
Et etiam quia in iudicio humano deprehēſi in ma
lefactis celerius q̄ꝫ viuere naturaliter haberent pu/
niūtur. [Ego autem in te ſperabo domine]
Hoc dicit Dauid ꝛ chriſtus in perſona iuſtorū ec/
cleſie qui ſperant in p̄ſenti de dei gratia: et tandem
in futuro de celeſti gloria.

## Pſalmus. lv

Miſerere mei de/
us ꝛc. Iſte pſalmus eſt oratio Dauid:
qui ſuo exemplo monet quemlibet fide
lem poſitum in ꝑiculo mortis exorare deum deuo
te ꝓ ſua liberatiōe: ꝛ tandem gratias agere ꝓ exau/
ditione. Uñ in ꝑſona fidelis hoīs dr̄ ſic [Miſere
re mei deus q̄m cōculcauit me hō] .ſ. ꝑſeq̄n
do ꝛ affligendo [tota die impugnās] hoc ē di
abolus q̄ ꝑ ſe ꝛ ꝑ ſuos ſatellites tota vita īpugnat fi
deles [tribulauit me. Conculcauerunt me
inimici mei] .ſ. vexando ꝑſecutionibus et tenta
tionibꝰ quaſi cōtēptū [tota die] .i. iugiter: tota vi
ta vita. q2 vt dr̄ Ber. Diabolꝰ nunq̄ꝫ vl̄ ad momen/

tum ſinit tentare etiã quãdo nõ percipimus [quoniam multi bellantes aduerſum me] ſcilicꝫ tam demones qꝫ mali homines. Ab altitudine diei] Altitudo diei ſignificat altitudinem terrene proſperitatis ⁊ potentie eleuate per ſuperbiam que ſicut dies nocte: ita mutatur morte. Ab hac altitudine diei [timebo] id eſt ex meipſo timere habeo: quia non poſſum defendere me: niſi tu ſalues me. Ideo ſequitur [ego vero in te ſperabo] ſcilicet ꝙ ſaluabis me. In deo laudabo ſermões meos] id eſt ad dei laudem ordinabo ipſos ⁊ ei attribuo ſiquid boni loquor [in deo ſperaui] id eſt in dei protectiõe [non timebo quid faciat mihi caro] id eſt homo carnalis. Hoc autem dicit: non quia nullo modo timeat homines: ſed quia nõ timet timore deijciente a bono virtutis in vicium vl' in deſperationẽ. Tota die] id eſt iugiter [verba mea] ſcꝫ ſalutaris monitionis ipſi mali [execrabantur] interpretantes ea in malum [aduerſum me omnes cogitatiões eorum in malum] ſcilicet mihi inferendum. Inhabitabunt et abſcondent] hoc dicit: loquendo de ſubdolis chriſtianis qui habitant ſimul cum bonis in eccleſia: ⁊ abſcondunt virus peruerſitatis. ſimulando ſe eſſe bonos: cum ſint mali. vt faciunt hypocrite ⁊ heretici [ipſi calcaneum meum obſeruabũt] ſcilicet querentes me finaliter decipere. Nam heretici querunt decipere animas vſqꝫ in finẽ vite. Vel hoc potius refertur ad demones qui inſidiãtur calcaneo hominis id eſt fini vite hominis. vt decipiant ⁊ rapiant in morte animam. iuxta illud Gene. tertio. Et tu inſidiaberis calcaneo eius. Sicut ſuſtinuerunt animam meam] id eſt vitam meã ſicut graue pondus ſuſtinuerunt: quia vitaꝫ bonorum grauiter ferunt mali. iuxta illud Sapientie ſecundo. Grauis eſt nobis etiã ad videndum [pro nihilo ſaluos facies illos] id eſt gratis curabis illos ſi conuerteris eos: quia nil boni fecerunt: vt ſic gratia dei commendetur que ex mera liberalitate dei ⁊ nõ ex meritis hominis dat᷑. Nam ⁊ [in ira populos confringes] id eſt in punitione q̄ flagellas peccatores eos humiliabis ⁊ ad penitentiam vel iuſticiam intrare compellis. ſic exponitur ſm Honorium. Sed ſm Lyram exponitur negatiue: ita ꝙ dictum illud: pro nihilo ſaluos facies: accipit interrogatiue: quaſi diceret non decet ſic ſaluare illos. eo ꝙ nihil boni egerunt. ſed in ira vindicte tue populos tales confringes eternaliter dãnando. Et vtraqꝫ expoſitio eque cõuenit littere textus. Deus vitam meam annunciaui tibi] ſcilicet in vera confeſſione peccatorum que commiſi toto tempore vite mee [poſuiſti lachrymas meas] ſcilicet vere contritionis ⁊ etiam deuote orationis [in conſpectu tuo] ſcilicet acceptando ⁊ exaudiẽdo. Sicut ⁊ in promiſſione tua] ſcꝫ qua promiſiſti preces humilium exaudiri ⁊ penitentiũ. vt habetur Ezechielis. xviij. et pluribus locis ſcripture [tunc conuertentur inimici mei retrorſum] ſcꝫ fugiendo: cum me exaudieris. quia demones ⁊ homines mali confuſi abſcedunt quãdo preces bonorum a deo exaudiuntur. In quacunqꝫ die inuocauero te] ſcilicꝫ pie et perſeueranter pro me exorando. [ecce cognoui quoniam deus meus es] ſcilicꝫ exaudiendo ⁊ ſaluando me ⁊c̃. In deo laudabo verbum] ſcilicet orationis ⁊ gratiarũactionis pro beneficijs diuinis. hoc eſt ad dei laudem et ſm deum ordinabo orationes meas et gratiarumactiones [in domino laudabo ſermonem] Repetitio eſt eiuſdem ſententie ad maiorem deuotionis expreſſionẽ: per figuram Epimone [in deo ſperabo] ſcilicet ꝙ protegat me [non timebo quid faciat mihi homo] ſcilicet perſecutor. Non timebo inquit timore perturbante rationem et deijciente a virtute. In me ſunt deus vota tua] ſcilicet q̄ tibi voui in baptiſmo. vel etiam alia vota ſpecialia ad honorem tuum promiſſa in me ſunt. quia ſum obligatus ad ea implenda [que reddam laudationes tibi] id eſt laudando te in eis. Quoniam eripuiſti animam meam de morte] id eſt de periculo mortis temporalis vel eternalis. propter quod iuſtum eſt vt ſeruiam tibi reddendo promiſſa. Aliqui libri habent etiã: Oculos meos a lachrymis: ſcilicꝫ quas ſepe fundebam in tribulationibus tanqꝫ deſolatus. ſequitur [⁊ pedes meos de lapſu] ſcilicet peccati vel gehenne preſeruando [vt placeam coram deo in lumine viuentium] id eſt in lumine gratie quo viuunt iuſti in preſenti. et tandem in lumine glorie quo viuunt beati.

## Pſalmus. lvj.

Miſerere mei deus ⁊c̃. In hoc pſalmo Dauid orat in perſona chriſti patientis et tandem reſurgẽtis. Qui etiam chriſtus orat in hoc pſalmo pro ſuis mẽbris ſaluandis. hoc eſt: pro fidelibus in tribulatione poſitis. Unde dicit ſic: Miſerere mei deus miſerere mei] Hoc Dauid bis dicit in perſona chriſti: ad ſignificandum ꝙ chriſtus orauit pro ſui corporis glorificatiõe. et etiã pro ſui corporis myſtici. i. pro eccleſie fideliũ ſalute. quod fecit chriſtus precipue poſt vltimã cenam: vt patet Joan. xvij. [quoniã in te confidit anima mea] ſcꝫ vt eam corpori reſtituas in glorioſa reſurrectione. Et in vmbra alarum tuarum ſperabo] Hec ſimilitudo trahitur a gallina que ſub alis ſuis protegit pullos ſuos a miluis ⁊ ab eſtu ⁊ tempe

ſtate.⁊ ſic per vmbram alaruꝫ dei ſignificatur protectio diuina ex miſericordia ⁊ iuſticia dei circa innocentes tanꝗꝫ duabus alis defenſantibus illos a perſecutoribus ⌊**donec trãſeat iniquitas**⌋.i. finiatur iniquitas:me ⁊ mea membra perſequentium.vel per meam paſſionem tranſeat.i.deleat᷑ iniquitas ſcꝫ totius generis humani. **Clamabo ad deum altiſſimum**⌋ſcꝫ pro me ⁊ membris meis Heb.v.Cum clamore valido.⁊ lachrymis offerẽs exauditus eſt pro ſua reuerentia ⌊**deum qui bñfecit mihi**⌋ humanitatẽ meam ſibi vniendo. **Miſit de celo**⌋ſcilicet potentie ſue effectum ⌊**⁊ liberauit me**⌋ſcilicet humanitatem chriſti reſuſcitando ⌊**dedit in opprobrium**⌋ſcꝫ omnibus gentibus ⌊**conculcantes me**⌋ id eſt iudeos occidentes ⁊ contemnentes me. quod impletuꝫ eſt per rhomanos qui iudeos captiuatos per omnes gẽtes diſperſerunt: et ſunt opprobria patientes ab omnibꝫ. **Miſit deus miſericordiam ſuam ⁊ veritatem ſuam**⌋ hoc eſt:me vnigenitum patris: miſit deus pater de celo in vterum virginis ⁊ in mundũ. Et chriſtus dicitur miſericordia dei:qui per ipſum deus miſertus eſt humano generi miſericorditer liberando de ptãte diaboli. Unde pſ.lxxxiiij. Oſten de nobis domine miſericordiaꝫ tuam .i. chr̃m. Dicitur etiam veritas:quia verbũ eſt dei patris ⁊ vera ſapientia. Et qꝛ per chr̃m cõpleuit qꝺ ꝓmiſerat. Unde Joan.xiiij. Ego ſum via veritas ⁊ vita.ſequitur ⌊**⁊ eripuit animam meam de medio catulorum leonum**⌋id eſt hominum ferociũ ſcilꝫ iudeorum: qui ſicut leones crudeliter lacerauerũt ⁊ occiderunt me. Eripuit animaꝫ meam ne poſſint perdere in mortem:ſed reſuſcitauit ⌊**dormiui cõturbatus**⌋ Dormire in ſcriptura pro morte precipue iuſtorum accipitur: quia per eam vicꝫ per mortem iuſti vadunt ad quietẽ eternã. Unde de Stephano Act.vij.dicitur. Obdormiuit in dño. Chr̃s ergo dormiuit moriendo in cruce:conturbatus ſcꝫ ſm partem ſenſualem tm̃ ⁊ non ſm rationeꝫ. Sed quis eum turbauerit:ſubdit. **Filij hominũ**⌋ſcꝫ patriarcharum ⁊ prophetarum.vicꝫ iudei ⌊**dẽtes eorum arma ⁊ ſagitte:⁊ lingua eorum gladius acutus**⌋ hoc eſt: dentibus ſuis querebant me deuorare ſic̃ canes rabidi: tanꝗꝫ occiderent me ſuis armis ⁊ ſagittis. Per arma deſignantur mala conſilia quibus ſe contra chriſtum armabant dicentes. Ne forte veniant rhomani ⁊c̃. Per ſagittas verba eorum in aere volantia ad occidendum chriſtum:quando dicebant clamando. Crucifige crucifige eum. Inſuper lingua eorum erat gladius acutus:quoniã prompta erat chriſtũ occidere in fama tam in vita ꝗꝫ poſt mortẽ: ⁊ quantũ potuerunt fecerũt:mentientes ꝙ chriſti corpus furati ſunt diſcipuli:⁊ hmõi. Unde chriſtus conſolãdo ſeipſum:loquitur ſibimet quaſi alteri dicẽs. **Exaltare ſuper celos deus**⌋ſcꝫ ſubleuando humanitatẽ aſſumptam ad dexteram patris ⌊**et in omnem terrã gloria tua**⌋ſupple dilatabitur per fidem toto orbe predicandam a diſcipulis. Et rationem ſubdit: dicens. quia **Laqueum parauerunt pedibꝫ meis**⌋ quia voluerunt diſcurſum diſcipuloꝝ predicantium fidem chriſti impedire: vt patet in actibus apoſtoloꝝ. ⌊**⁊ incuruauerunt animã meam**⌋ ſcilicet quia dicunt animã chriſti depoſitam in inferno tanꝗꝫ animã falſi prophete damnatam: quam etiam opere incuruauerũt deijciendo in mortẽ: nec credunt reſurrexiſſe vere. **Foderunt ante faciem meam foueam**⌋ hoc eſt: me vidente. quia quod ante faciem eſt videtur.et ſic me ſciente foderunt foueam mortis: volentes me et meam fidem totaliter extinguere:per occiſionem meam ⁊ diſcipulorum meorum. ⌊**et inciderunt in eam**⌋ ſcilicꝫ mortem preſentem et eternam. Nam romani in vindictam mortis chriſti Judeam deſtruxerunt:cum ipſi iudei in conſilio tali ſub colore tractauerunt mortem chriſti:et diffinierunt: ſcꝫ. Ne forte veniant Romani et tollant noſtrum locum et gentem. Et in hoc inciderunt per mortem chriſti per quam ſe euadere iſtud putabant. Hic eſt diapſalma. Jam enim loquendo chriſtus ad patrem dicit **Paratum cor meum deus**⌋ q̃ſi di. Ipſi iudei preparauerunt mihi:foderuntqꝫ foueam mortꝭ. Sed o deus pater: Paratumẽ cor meum.id eſt:voluntas vel affectio mea pati quicquid vis et permittis per illos mihi inferri pro ſalute hominum.et etiã ex hoc ⌊**paratum cor meum**⌋ ſcilicet ad te laudandum et gratias agendũ in omnibus tibi. Unde ſubditur: ⌊**cantabo et pſalmum dicam**⌋ ſcilicet te laudando pro redemptione hominum per meam paſſionem. Hic iterum diapſalma eſt. quia vox patris ad chriſtuꝫ loquitur: dicens: **Exurge gloria mea**⌋ id eſt: tu chriſte qui es gloria mea.quia mecum es vnus deus. et per te glorificabor in gentibus: ac gloriam dabo credentibus. Exurge in reſurrectione glorioſa ⌊**exurge pſalteriũ et cithara**⌋ Per pſalterium anima chriſti: per citharam corpus chriſti deſignatur. Nam pſalterium triangulare inſtrumentum eſt:ſuperius ſonans: vt dicit Auguſtinus et Honorius: ideo ſignificat animam chriſti: ad imaginem factam trinitatis: et ſupernis id eſt diuine viſioni a principio conceptionis ſemper intendentem .quia ſemper eum vidit videlicet deum cui erat anima coniuncta. Sed cithara inferius reſonat per lyras ex viſceribus mortuoruꝫ animalium factas: Idcirco corpus chriſti mortale in operibus inferioribus videlicet humanis: puta fame:ſiti: laboribus: et huiuſmodi ſonans per ſufferentiam:ſignificat. Eſt ergo ſenſus. Exurge a mortuis tu chriſte qui es gloria mea:quia mihi conſubſtantialis in deitate. Exurge pſalterium ⁊ cithara.i.in anima ⁊ corpore glorioſis.ſequit᷑ vox

chriſti reſpondentis. et hic eſt etiam diapſalma. Dicit ergo [exurgam diluculo] quia chriſtus in mane diei tertie reſurrexit. Et tunc [Confitebor tibi in populis domine] hoc eſt in iudeis credentibꝯ ꝑ p̄dicationem apl'oꝝ. et dicit in plurali: in populis. quia in duodecim tribubus erant diſtincti. et de ſingulis plurimi in chriſtum crediderunt [et pſalmū dicam tibi in gentibus] q̄a gentes ꝑ mōm ꝯfitent̄ deū patrē ⁊ laudant in fide chriſti. Et ſm Lyrā ideo Dauid dicit ſic: vicʒ Pſalmū dicam in gentibꝯ. q̄a ꝑuidit in ſpū ꝙ laudes diuine ab eo cōpoſite in pſalterij libro erant cantande in futuro ad laudem dei ⁊ chriſti ꝑ totaʒ eccleſiam in oībus gentibꝯ. et hoc impletū eſſe conſtat. Ideo autē ſic cōfitebor [Q̄m magnificata eſt vſq̄ʒ ad celos miſericordia tua ⁊ vſq̄ʒ ad nubes veritas tua] Per hec ſignificat̄ ꝙ deus pater miſericordiā ſuam in celis magnificauit q̄n per chriſtū angeloꝝ ruinam in celeſtibꝯ choris reꝑauit. Item per nubes ſignificant̄ ſancti in mundo ⁊ fideles ad quos veritas fidei ꝑuenit et dei miſericordia: q̄ dicunt̄ nubes. q̄a ſpūſancto accepto in baptiſmo obūbrati. ⁊ quia ſicut ex nubibꝯ pluuia fluit: ſic ex fidelibus p̄cipue p̄dicatoribꝯ doctrina ſalutꝭ. Poſſunt etiam demones intelligi per nubes. quia i aere caliginoſo vbi nubes generantur habitant. Nam vſq̄ʒ ad tales nubes: vicʒ demones extēdit ſe veritas fidei ⁊ iuſticie chr̄i inq̄ntum eoꝝ idola ꝑ mundum deſtructa ſunt ꝓpter fidem chriſti. et ipſos ſimul cū reprobis in iudicio veritas chriſti damnabit. Hec ſm Lyrā in expoſitōne morali: pſalmo. cvij. [Exaltare ſuper celos deus ⁊ ſuper omnē terrā gloria tua] hoc chr̄s dicit vel eccleſia chriſto. Et eſt repetitio eiuſdeʒ verſus qui ſupra hoc eodē pſalmo poſitus eſt: ſicut ſolet idem repeti in cantilenis Et exponat̄ vt ſupra eſt expoſitum. Et ſic patʒ pſalmus iſte.

## Pſalmus. lvij.

SI vere vtiq̄ʒ iuſticiam ⁊c̄. In hoc pſalmo Dauid redarguit maliciā iudeoꝝ ꝯtra chriſtum: ac ꝑ conſequens general'r omniū iudicū falſoꝝ cōtra iuſticiam. Dicit ḡ ſic: [Si vere vtiq̄ʒ iuſticiam loquimini] id eſt loqui vultis [recte iudicate] o vos [filij hoīm] .ſ. in iudicijs exeq̄ndis. Q̄ aūt dicit: filij hoīm: principalius alloquit̄ iudeos q̄ fuerunt filij hoīm. i. ſanctoꝝ patriarchaꝝ tanq̄ʒ rationabiliter viuentiū. Quia p̄ncipalius redarguit iudeos iniuſto iudicio chriſtum occidentes. Unde ⁊ cauſam dicti ſubdit [Etenim in corde iniquitates oꝑamini in terra] quaſi di. hoc ideo p̄miſi quia cum nō vere iuſticiam loquimini nec recte iudicatis: non eſt miꝝ ꝙ ſcʒ contra chriſtum in corde iniq̄tates oꝑamini excogitando quō ipm perdatis opere [iniuſticias man⁹ veſtre concinnāt] id eſt ſtudioſe preparant contra chriſtuʒ iniuſte occidendum opere veſtro perpetrando tanq̄ʒ manibꝯ implendo quod cogitaſtis. Et ſic faciūt etiā omes iniqui iudices contra innocentem. Sed vnde hoc proceſſerit ſubdit: quia [Alienati ſunt] ſcʒ a veritate fidei ⁊ iuſticia parentum ſuorum. vicʒ ſanctoꝝ patriarcharum: quia non imitantur eos qui veraciter naſciturum chriſtum deum ⁊ hominem crediderunt: ḡ alienati ſunt tanq̄ʒ [peccatores a vulua] id eſt ab origine materne cōceptionis: eo ꝙ in peccato originali ſunt cōcepti: ⁊ ideo proni ſunt ad mala: ⁊ habent ignorantiam innatam. Unde ſequitur. ergo [errauerunt ab vtero] quia errorem ignorātie a principio conceptionis in vtero habuerunt: vel ſm Augu. errauerunt ab vtero id eſt a lege que chriſto grauida erat: in cuius fide concepti ⁊ enutriti erant iudei. ergo [locuti ſunt falſa] cōtra chriſti diuinitatē: mendaciter dicendo eum demoniacum ⁊ ſeductoreʒ ⁊ hmōi. [Furor illis ſm ſimilitudinem ſerpentis] hoc eſt: inſania iudeorum in malo faciēdo eſt ſm ſimilitudinem ſerpentis: qui ſcʒ iratus ex furore effundit venenū ſuum. ⁊ ſic iudei ex ira ⁊ inuidia effuderunt venenuʒ perſecutionis contra chriſtum et non alia de cauſa Addit [ſicut aſpidis ſurde ⁊ obturātis aures ſuas. Que non exaudiet voces incantantiū: ⁊ venefici incantantis ſapienter] id eſt ſm ſue artis ſapientiā. Nota ſm glo. ⁊ doctores: ꝙ quidā ſerpens qui dicitur aſpis ſic ſolet facere. ꝙ cum ſentit incantatorē ſtatim vnā aurē ponit ſuper terrā ⁊ aliā obturat cauda ſua ne audiat carmina incantatoris ⁊ venefici. et ſic incantatus ſerpens ipſe de cauerna ſua exeat. Et in hoc q̄ addit incantantis ſapienter. notat̄ ſm Honoriū ꝙ nō curat incantatorem imperituʒ in tali arte: ſed tm̄mō ſapientis incantatoris vocem curat: cuius incātationem vt non audiat aures obturat. Dicitur etiam ꝙ huius ſerpentis ſcʒ aſpidis venenum hauſtū obdormire facit. ⁊ ſic quaſi inſenſibiliter vitam extinguit. Sic iudaicus populus aſpidi comparatur. ſimiliter ⁊ quilibet peccator obſtinatus quia nō vult audire ſapientem incantatorem hoc eſt: chriſtū ad penitentiam vocantem vt exiret de cauerna peccati et gehenne: ſed vnam aurem terrenis inherendo obſtruit. alteram carnis ſue concupiſcentia tanq̄ʒ cauda carnis ſue obturat. Talis etiam ſicut venenum aſpidis habet furorem contemptus dei in cōtinue male faciēdo. quia in malo iacet ⁊ dormit mēte obſtinata: nec ſentit mortis eterne pericula. ſed in peccatis que non recognoſcit morietur eternaliter. [Deus conteret dentes eorum] ſcilicet quibus mordebant chriſtum ⁊ eius diſcipulos verbis iniurioſis ⁊ detractorijs. Et hoc [in ore ipſorum] contriuit ſecundū Rabanum dum iudeos propria reſponſione conuicit pro ſuis malicijs perdendos. quia parabolis Chriſti conſtricti nullo

cogente contra ſe niſi conſcientia ſua. Rn̄derunt:
Malos male ꝑdet/⁊ vineā ſuā locabit alijs agri-
colis: vt ꝑꝫ Matth. xxi. Dentes etiam eoꝝ in ore
ipoꝝ deus ꝯtriuit dū ꝓprio ore peteñ. chr̄m occidi
dixerūt: Sāguis ei⁹ ſuꝑ nos ⁊ ſuꝑ filios nr̄os/⁊ ſic
diuino iudicio ꝑ romanos ꝯtriti ſunt in vindictā
ſanguis chr̄i. ⌊molas leonū cōfringet dn̄s⌋
Mole dicunt̄ poſteriores dentes/⁊ mole leonuꝫ
fortiores ſunt q̄ꝫ alioꝝ animaliū: vt dic̄ Honori⁹.
⁊ iō ſignificat ferocem crudelitatem ſacerdotū iu-
deorū chr̄m deuorare volentiū ⁊ diſcipulos. Nā
ipi cōmouerūt plebem vt clamarēt: Crucifige cru-
cifige eum: et tandem ceſſis denunciauerunt diſci-
pulis ne p̄dicarent chr̄m/ſed deus cōfregit eos ꝑ
romanos. Ad nihilū deueniēt tanq̄ꝫ aqua
decurrēs⌋ ſcꝫ q̄ huc et illuc defluens: deficit et a
terra abſorbet̄/ſic iudei ꝑ varia loca captiui/du-
cti/⁊ diſperſi/pauci facti ſunt: donec in morte ab-
ſorbeant̄ in gehennam ⌊intēdit arcū ſuū⌋ .ſ. de-
us: ⁊ ꝑ arcum ſignificat̄ vindicta dei quā ꝯ eos te-
tendit ad ꝑcutiendum ꝑ hoſtes ⌊donec infirmē-
tur⌋ id eſt impotētes fiant reſiſtere q̄buſcūqꝫ ho-
ſtibus/ſic̄ videmus ꝙ vbiqꝫ depreſſi ſunt/nec pn̄t
reſiſtere opprimentibꝫ gentibꝫ. Sic̄ cera q̄ flu-
it auferētur⌋ qꝛ ſic̄ cera fluit a facie ignis reſo-
luta: ita iudei ablati ſunt: ⁊ de terra ſua deflure-
runt a facie punitionis rhomanoꝝ in terras alie-
nas captiui/diſperſi⌋ ſuꝑcecidit ignis ⁊ nō vi-
derūt ſolē⌋ Hoc tractū eſt de hiſtoria Geñ. vbi
ignis ſuꝑ ſodomas de celo cecidit: et añ ortum ſo-
lis omnes ꝯſumpſit. Sic iudei repente igne ⁊ fer-
ro ꝑ romanos vaſtati ſunt: nec tamen chr̄m qui ē
ſol iuſticie viderunt ꝑ fidem/nec vſqꝫ modo intel-
ligere volunt ꝙ ꝓpter mortem chr̄i ſunt puniti a
deo/vt peniterent. Uel aliter: Suꝑcecidit ignis
ire/inuidie/⁊ ſuꝑbie in eis ꝯ chr̄m: ⁊ ꝓpt̄ hoc nō vi-
derūt chriſtum ſolem iuſticie ꝑ fidē. Priuſq̄ꝫ
intelligerēt ſpine vr̄e rhamnum ſicut vi-
uētes ſic in ira abſorbet eos⌋ Hui⁹ dicti ſen-
tentia clarior eſt in tranſlatione Hieronymi que
ſic habet: Añq̄ꝫ creſcant ſpine veſtre in rhamnum
quaſi viuentes/quaſi in ira tempeſtas rapiet eos
Pro quo nota ꝙ rhamnus ſm̄ Auguſtinum ⁊ cō-
cord. Honorium eſt ſpinarum genus: et in ꝓmis
eſt herba.ſ. mollis/ac tactu ſuauis/⁊ pulcra viſu/
⁊ poſtea creſcens indureſcit/⁊ ꝓcedunt ex ea pul-
lulañ ſpine acutiſſime/denſe/et albe. Et vt dic̄ Ly-
ra ſm̄ rabbi Salomonē. Per ſpinas hic filij par-
uuli iniquorum/qui in primis ſunt ſic̄ herba mol-
lis: ſed ex eis procedunt ſpine peccatorum pungē-
tium: dum creſcendo efficiuntur imitatores pa-
ternorum ſcelerum: et ita per rhamnum qui acu-
tius pungit/intelliguntur ipſi filij eorundem ſcꝫ
iniquorum adulti/qui plus de malo ſciunt et fa-
ciunt. Et ſic ſenſus lr̄alis eſt iſte. Priuſq̄ꝫ intelli-
gerent ſpine veſtre. id eſt: añq̄ꝫ filij veſtri paruuli
haberent tantum intellectum ꝙ poſſent illa mala
agere ſicut adulti/qui ſunt tanq̄ꝫ rhamni ſpinoſi
ꝑ maliciam añ h̄ ſicut videntes: id eſt dum adhuc
ſperaret̄ de duratione vite eorum: ſic in ira.ſ. puni-
tionis deus abſorbet eos: ſupple de pn̄ti vita per
mortem acceleratā/ne creſcant in rhamnum ma-
licie. Item alit̄ exponit̄: ſic ꝙ ꝑ ſpinas ſignifican-
tur pctā q̄ pungunt in ꝯſcientia ēt tandē in infer-
no: vt exponit Aug. tamen malos in pn̄ti delectāt
ſicut herba tactu ſuauis ⁊ viſu pulcra ſm̄ carnis
ſenſualitatem. Per rhamnū acutius pungentem
ſignificat̄ inferni pena. Et ſic ſenſus ē: o iudei Pri-
uſq̄ꝫ vr̄e ſpine.i. pctā intelligerent.i. intelligi vos
facerēt/vel ꝑcipent rhamnū.i. acutiſſimas penas
in inferno q̄ debent̄ vob ꝓ pctis (añ h̄) ſic̄ viuentes
.ſ. eſtis: viam in pn̄ti ducentes in peccatiſ. Sic in
ira: hoc eſt: in dei vindicta: abſorbet eos.ſ. rhānos
peccati: repentina morte ad infernum demergen-
do. h̄ eſt breuit̄ dicere: añq̄ꝫ intelligeretis penā de-
bitā in inferno veſtris peccatis: in eis abſorpti eri-
tis adhuc in p̄ſenti vita: quia in eis occidemini a
romanis: et omnes in inferni penas deſcendetis.
Letabitur iuſtus cum viderit vindictā⌋
⁊ h̄ facit non zelo vindicte/quia hoc eſt peccatum:
ſed zelo iuſticie diuine letabitur iuſtus cum videt
maloꝝ punitionem ꝯcordañ. ſe diuine voluntati.
⌊manus ſuas lauabit in ſanguīe pctōꝝ⌋
h̄ dicit ſm̄ Auguſtinum et Lyram: quia in preſen-
ti quando videt iuſtus puniri a deo pctōres ꝓficit
ipe iuſtus decetero mundius viuendo: et ſic man⁹
ſuas.i. opera ſua lauabit.i. mundabit ꝑ pn̄iam ne
⁊ ipe conſimilit̄ puniat̄: ⁊ ſic lauabit ſe iuſtifican-
do in ſanguine pctōris: id eſt in punitione pctōris
que eſt occaſio meliorationis vite ſue. Hec autem
ꝑfectiſſime implebuntur in finali iudicio. vbi (vt
dicit Remigius) ſanctus quilibet letabitur de q̄-
libet damnato pro dei iuſticia: et manus lauabit
in ſanguine peccatoris laudando deum ꝑpetuo ꝙ
ipe liberatus eſt a conſimilibus peccatis et ꝑicul̄
damnationis. Et dicet homo⌋ ſcꝫ iuſtus vidēs
vindictam predictam peccatorū ⌊ſi vtiqꝫ ē fru-
ctus iuſto⌋ Si accipitur h̄ pro quia: vt patet ex
hebreo vbi ſic habetur: vere eſt fructus iuſto/vere
eſt deus iudicans eos in terra. Et ſic ſenſus eſt: ꝙ
ex quo vere eſt vtiqꝫ fructus retributionis a deo
ipſi iuſto/ſaltem in celeſti patria: et quandoqꝫ eti-
am in preſenti per gratiam: Ideo per locum a cō-
trario arguitur ꝙ ⌊vtiqꝫ⌋ id eſt vere ⌊ē deus iu-
dicans eos⌋ ſcꝫ iudeos et omnes reprobos pu-
niendo qui ſunt ⌊in terra⌋ vel in preſenti/vel ſal-
tem in futuro: Et ſic patet.

## Pſalmus. lviij.

ERipe me de inimi-
cis ⁊c̄. In hoc pſalmo dauid loquitur d̄
myſterio paſſionis chriſti ⁊ ſuoꝝ mem-

brorum orando in ꝑſona humanitatis chriſti: vt a deo liberet̄ in periculis. Vñ in ꝑſona chriſti ⁊ eccleſie dic. Eripe me de inimicis meis de⁹ me⁹⌋ q.d. Nõ poſſũ eripi ſine tuo adiutorio ⌊⁊ ab inſurgẽtibus in me libera me. Eripe me de operantibus iniquitatẽ⌋ ſcz blaſphemis iudeis ⁊ tyrannis iniq̄s perſequẽtibus fidem ⌊⁊ de viris ſanguinum⌋ id eſt paratis ad effundendum ſanguinem innocentem: vicz chriſti ⁊ diſcipulorum eius ⌊ſalua me⌋ ſcz reſuſcitando a mortuis ⁊ meos ꝓſeruando ne deficiant a fidei veritate. Et iſtas plures repetitiones facit ad expreſſionem maiorẽ affectionis. Et ſequitur cauſa orationis. Quia ecce ceperunt animam meam⌋ id ẽ meipſum: denominando ſcilz a parte principali totum: quia chriſtum ceperunt captiuando ⌊irruerunt in me fortes⌋ id eſt demones ⁊ ſui complices ꝑncipes ſacerdotum ⁊ ſeniores populi. Neq̃ iniquitas mea⌋ ſcz ꝯ ꝓximum ⌊neq̃ pctm̃ meũ domine⌋ ſcz ꝯ te deum. ſupple demeruerunt talẽ ꝑſecutionem: q2 nũꝗ̃ in aliquo peccaui. Sz ⌊ſine iniquitate cucurri⌋ ſcz tota vita ⌊⁊ direxi⌋ .ſ. omnia opera mea in deum/ vt in finem debitum. Exurge⌋ .ſ. ergo ⌊in occurſum meum⌋ hoc ẽ preueni accelerando tempus reſurrectionis mee. ⌊⁊ vide⌋ ſcz meam innocentiam ⁊ illoꝝ maliciã. ⌊⁊ tu dñe deus virtutum⌋ id eſt angeloꝝ ⁊ exercituum eoꝝ ⌊deus iſrl'⌋ .i. quẽ coluit ꝑ veram fidem iſrl'. Intẽde ad viſitãdas oẽs gẽtes⌋ ſcz iuſtificando eas ꝑ fidem reſurrectiõis tue. Vñ hebraica veritas habet: Reſurge ad viſitandas oẽs gentes ⌊non miſerearis omnibus qui operant̄ iniquitatẽ⌋ .ſ. ꝑſeq̄ndo me ex certa malicia ⁊ mẽte obſtinata: q2 tales non ſunt digni miſcdia dei: Et hmõi erãt iudei. Diapſalma. Nam cũ hec oraſſet dei filius di. Intende ad viſitandas omnes gẽtes: Iam deus pat' rñdet di. Conuertẽtur ad veſꝑam ⁊ famẽ patiẽtur vt canes ⁊ circuibunt ciuitatẽ⌋ Hoc eſt gentiles ꝑfidi ꝯuertentur ad fidẽ chri: in iſta vicz ſexta etate mũdi: ⁊ tam ardentes erunt circa inq̄rendã veritatem fidei ꝙ famẽ patient̄ .i. deſiderium auidiſſimũ habebũt cognoſcendi eã ⁊ ꝯuertendi alios ad fidem: ſic famelici canes diſcurrentes ꝓ fame/ ſic ipi ꝓ deſiderio ad ꝓdicandũ vel ꝓmulgandũ fidem: ⁊ latrat⁹ ſacrorũ eloquioꝝ dantes ꝯ hereticos: vt patz de Dionyſio ⁊ Hieronymo ac Auguſtino ⁊ aliis doctoribus q̄ ex nationibus gentilibus orti ſunt/ ⁊ circuibũt ciuitatem .i. eccl'iam ad docendũ in fide ⁊ moribus.

¶ Iteꝝ diapſalma. Nam vox chri ſequit̄. q.d. Impleſti pat' qd ꝓmiſiſti: q2 iã gẽtes ꝯuerſe. Ecce loquẽtur in ore ſuo⌋ h' eſt Ecce mirabile: q2 quod corde credũt/ manifeſte ꝓdicant ore ⌊⁊ gladius⌋ ſcilz verbi dei q̄ peccatores mactant ⁊ ſibi incorporant ⌊in labiis eoꝝ⌋ Et quia non pñt omnes conuertere quos volunt: Ideo per impatientiam amoris ipi dicunt ⌊qm̃ quis audiuit⌋ ſupple nos predicantes vt ꝯuerterent̄: q.d. pene nullus vl' pauci reſpectu noſtri deſiderii quo optabamus vt omnes ꝯuerterem⁹. Vl' alit': q2 ꝓmiſit chriſtus Ecce: ꝓ ſigno admirationis. ideo h' ſubdit idem chriſtus dicens: Quoniam quis audiuit .ſ. tale quid a principio mundi vt tam feruenter ꝯuerſi fuiſſent gentiles: q.d. nullus audiuit hmõi. Et tu domine⌋ ſcz de⁹ pater ⌊deridebis eos⌋ .i. deriſibiles oſtẽdes in futuro iudicio tãq̃ damnabiles eterna cõfuſione illos q̄ non conuertunt̄ ꝑ ꝓdicatores meos ⌊ad nihilum deduces oẽs gẽtes⌋ ſcz in ꝑfidia manentes. Nam in morte deducentur ad nihilum: quia nihil ſecum ex hoc mundo auferent: ⁊ nihil boni in inferno habere poterunt. Vel alit'. Ad nihilum deduces omnes gentes/ quia future ſunt omnes chriſtiane: ⁊ cum ſuperuenerit nomen chrianum: tunc nomen gentilitatis in nihilũ euaneſcit: Sic exponit Auguſtinus. Fortitudinẽ meam⌋ hoc eſt eccleſie mee conſtantiam in fide. ⌊ad te⌋ id eſt ad tuam gloriam ꝓdicandam ⌊cuſtodiam⌋ ſcz vt non ſtatim perimantur chriſtiani a perfidis hominibus: ſed fides eccleſie predicet̄ ⁊ maneat vſq3 ad finem mundi. Vel hoc dicit chriſtus in perſona eccleſie fidelium qui fortitudinez ſuam debent diſcrete expendere ad gloriam dei in eius ſeruitio: ſic ꝙ quotidie ſeruire deo valeãt. Nã Iſidorus dicit. De preda offert holocauſtum qui vltra vires affligit corpus ſuum. Idem. Melius eſt (inquit) quotidie vſq3 in finem vite modicũ boni operis facere/ q̃ ſemel adeo multum vt decetero nil facere valeas. Sequitur ⌊quia deus ſuſceptor meus es⌋ id eſt meam humanitatem aſſumpſiſti in vnionẽ in vtero virginis. q. di. Ideo volo vt cuſtodiam eccleſie fidem in aduerſis ⁊ ꝑſecutionibus: vt ſemper in mundo ſint veri fideles q̄ coram hominibus confiteantur me verum deum ⁊ hominem eſſe ⌊deus meus⌋ ſcilz per vnionem ⌊miſcdia eius ꝓueniet me⌋ .ſ. humanitatem chriſti que hec dicit. Quam miſericordia dei preuenit .i. pre omnibus ſanctis impleuit ſuſcipiens in ſe: ⁊ tandem in morte preuenit celeriter reſuſcitando. Deus oñdit mihi⌋ .ſ. ꝑ aptam anime mee viſionem in deitate mihi vnita ⌊ſup inimicos meos⌋ id eſt ſuper ꝑfidos iudeos occiſores meos. ſupple qualiter ſint puniendi magno exterminio. Et ſubdit orando pro eis: O pater ⌊ne occidas eos⌋ ſcz total'r delendo de terra/ hoc eſt: Nõ permittas occidi omnes illos: ſed permitte m'ltos eorum viuere/ licz eſſent omnes digni morte ⌊nequando obliuiſcantur populi mei⌋ .i. chriſtiani ſupple de paſſione mea. Nam eorum viſio apud chriſtianos recordationẽ facit paſſiõis chriſti. Vl': Nequando obliuiſcant̄ ſacrarum ſcripturarum ab ipſis acceptarum de chriſto et vindicte iuſte in eis manifeſte apparentis contra offendentes chriſtum: quia ipſi pro offenſa contra chriſtuz quotidie opprimunt̄ ⁊ affligunt̄ vbiq3 ꝑ mundum

Diſꝑge illos in ꝟtute tua] id eſt in potentia tua diuidi fac eos ꝑ diuerſas terras mundi: vt videlicꝫ teſtimonia ſcp̄ture ⁊ euidētia vindicte vbiqꝫ demonſtrent͛ [⁊ d̄pone eos] id ē deijce a gloria quam habebant vt ſint in opprobrium hominum [ꝓtector meus dn̄e] id ē mee fidei defenſor. Sed quoniam ipſi iudei ꝑfidi ꝯtra chriſtum blaſphemare non ceſſant: Ideo ſubdit͛. Delictū oris eorum ⁊ ſermonē labiorꝫ ip̄orum] ſupple depone: ꝯfundendo eos d̄ mendacio [⁊ comp̄hēdantur] id eſt ꝯuincant͛ [in ſuꝑbia ſua] ſcꝫ qua contemnunt chriſtum. Et d̄ execratione] id eſt maledictione cōtra chriſtum [⁊ mēdacio] ſcꝫ quo mentiunt͛ chriſti corpus non ſurrexiſſe: ſed furatum fuiſſe de ſepulcro [annunciabūtur] ſcꝫ ꝑ p̄dicatores [in conſummatione in ira conſummationis ⁊ nō erunt] Per iram ſignificat͛ vindicta dei in eos: ꝑ ꝯſummationem ſignificat͛ exterminatio regni eorꝫ. Vn̄ additur: Et non erunt. ſupple d̄cetero in regno ſuo / vel nō erūt in eſſe libertatis temporalis ⁊ gr̄e dei: quia captiui in poteſtate aliorum tenebunt͛: ⁊ peccatorꝫ vinculis vincti a diabolo. Nam captiuitas eſt quedā mors ciuilis. q. d. Per iſtam vindictam dei q̄ exterminauit eos ꝓpter chriſti occiſionem manifeſte p̄dicabit͛ ⁊ patebit ꝙ ſunt reprobi ⁊ eterna damnatione digni tanq̄ꝫ mendaces cōtra chriſtum ⁊ blaſphemi. Sequit͛: Et ſciēt] id eſt cognoſcent iudei ꝑ experientiam ſue pene [quia deus] ſcꝫ chriſtus [dominabitur iacob] id eſt ſuꝑ filios Jacob [⁊ finium terre] id eſt ſuꝑ omnes gētes terre: lꝫ iudei contempſerint ip̄m. Diapſalma. Nam ⁊ hoc erit ꝙ ſcꝫ. Conuertētur] ſcꝫ iudei ꝑ p̄dicationem Helie ⁊ Enoch tempore antichriſti [ad veſꝑam] id circa vltimā etatem mūdi [⁊ famē patiētur] id eſt auide deſiderabunt cognoſcere ꝟitatem fidei chriſti: ſic̄ ⁊ s̄ dictum eſt de gentibꝰ [vt canes: ⁊ circūibunt ciuitatē] Hec ſimilitudo trahit͛ a canibꝰ. q̄ cum famē patiunt͛ circūeunt ꝑ ciuitatē de domo in domū vel alibi. Et ipſi canes habent cuſtodire gregem ouium ⁊ latrare ꝯ lupos ⁊c̄. Sic iudei tunc detecta falſitate antichriſti patient͛ tantam famē. i. deſiderium audiendi ꝟbum dei vt diſcurrant ꝑ eccleſiam fidelium ī querendo veritatis agnitionem in ciuitate. i. in eccleſia chriſti: ⁊ ipſi latrabunt loquendo contra hereticos ⁊ ꝯ membra antichriſti ne ꝑ eos ſeducant͛ fideles: ⁊ ne deficiant in perſecutiōibus. Ipſi diſꝑgētur ad manducandum] quia iudei tunc ꝯuerſi diſcurrent ad predicandum huc ⁊ illuc diſperſi vt alios in fide lucrent͛: ⁊ fidei eccleſie incorporent: q̄ᵒ ſignificat͛ ꝑ manducationem qua cibꝰ homini incorporatur [ſi ꝟo non fuerint ſaturati] ſcꝫ eo ꝙ multi per peccata occecati remanebunt increduli [⁊ murmurabunt] ſcꝫ cōtra tales increpando eos ꝙ nolunt ſuſcipere verba ſalutis. Tandem chriſtus ꝓ his gr̄as agit dī. Ergo aūt cantabo fortitudinē tuam] q. d. Ipſi iudei ꝑfidi modo te non laudāt in fide mea vera: tamen ego ꝑ meip̄m ⁊ ꝑ membra mea. hoc eſt per fideles cantabo laudando fortitudinem tuam. ſ. q̄ alligaui vincendo fortem diabolum: ⁊ mortem contriui: ⁊ ſanctos patres liberaui: ⁊ perſecutores conuici ⁊ conuincā [⁊ exaltabo mane miſc̄diam tuam] hoc eſt: Mane diluculo reſurgēdo a mortuis laudabo te. Vel: mane. i. tranſacta nocte infidelitatis in gentibꝰ: ⁊ orto iam lumine fidei quaſi in mane vere lucis exorte exaltari faciam ꝑ om̄es gentes laudan̄. miſericordiam tuam quam eis exhibuiſti per meam paſſionem ⁊ reſurrectionem. Sequitur: Quia factus es ſuſceptor meus] ſcꝫ aſſumendo me hominem in te deū ꝑ vnionem in vtero virginis: ⁊ tandem ſuſcitando de ſepulcro ſuſcepiſti in gloriam corporis [⁊ refugiū meū in die tribulationis] id eſt paſſionis ⁊ perſecutionis diſcipulorum meorum qui in te habēt refugiū. Adiutor meus tibi pſallam] . ſ. laudando per me ⁊ ꝑ mea membra [quia deus ſuſceptor meus es] Idem repetit ad maiorꝭ amoris expreſſionem [deus meus miſc̄dia mea] id eſt omnia que in me feciſti ſcꝫ ſuſcipiendo me in te deum: ⁊ conſolando in paſſiōe ac adiuuādo ad ꝑficiendum opus redemptionis humane: omnia miſericordit͛ feciſti Nam quicquid deus beneficij facit cuicunqꝫ: ex mera liberalitate facit ⁊ ex gr̄a: q2 nulli debitor eſt que liberalitas ex fonte miſericordie diuine ꝓcedit.

## Pſalmus. lix.

# Deus repuliſti nos

⁊c̄. In hoc pſalmo dauid docet vere penitentes recordari de quāta miſeria peccatorum ſunt liberati per chriſtum: et eius gratiam in vnione ac obedientia ſancte eccleſie deprecari vt poſſimꝰ ſaluari: ac de fidei dilatatione ꝑ mundum gratias deo agere. Vnde iſte pſalmus in duas partes diuidit͛. Prima pars in perſona penitētis de peccatis lamentatur. Secunda de ſalute fidelium totiꝰ eccleſie in chriſti fide letatur ⁊ regratiatur: Ita Dauid in perſona penitentium lamentando dicit ſic: Deus repuliſti nos] ſcꝫ iuſte ꝓpter peccata noſtra [⁊ d̄ſtruxiſti nos] id ē deſtrui permiſiſti ab inimicis affligentibus nos vel a demonibus per tentationes [iratus es] ſcꝫ flagellando nos pro peccatꝭ [⁊ miſtus es nobis] ſcꝫ reuocando ad penitentiam. Commouiſti terram] id eſt terrena corda noſtra ad penitentiam [⁊ conturbaſti eam] ſcꝫ per timorem tui iudicij ⁊ dolorem peccatorum [ſana contritiones eius] id eſt contrita peccata per medicinam tue gratie [quia commota ē] ſcꝫ de ſtatu viciorum ad ſtatum virtutis ſe conuertēdo. Oſ̄diſti po

pulo tuo dura ſcʒ flagella ꝑ expientiam tribu-
lationum potaſti nos vino compunctio-
nis ſcʒ de peccatis: Sed quare compunctio vino
aſſimilatur? Reſpondetur quia vinum inebriat ⁊ leti-
ficat: ſic cõpunctio vera inebriat dolore vel lachry-
mis ⁊ letificat conſcientiam. Juxta quod dicit Au-
guſtinus de penitente. Semper doleat ⁊ de dolo-
re gaudeat ⁊c. Uel aliter: Oſtendiſti ꝑbens exem
plar penitentie in tuo filio ꝓ nobis paſſo/ in quo oſtẽ-
diſti populo tuo chriſtiano dura: quia chriſtus paſ-
ſus eſt ꝓ noſtris peccatis duros cruciatus crucis
vt ſuo exemplo ꝓuocemur ad penitentiam duram
peccatorum. Unde Auguſtinus. Dum innocẽs chri
ſtus crucifigitur peccatum in nobis occidit/ ⁊ ſic po
taſti nos vino compunctionis.i.amaritudinis ꝓ-
uocando exemplo chriſti/ qui vino myrrhato ⁊ fel
le potatus eſt pro peccatis noſtris. Jtem in hoc ſi-
gno crucis chriſti etiã. Dediſti metuẽtibus te
id eſt fidelibus qui timẽt te ſignificationẽ id
eſt ſignum vere penitentie vt ꝑ hoc fugiant a
facie arcus id eſt ꝑcuſſionis ſentẽtie futuri iu-
dicij: quia ſicut de arcu emittitur ſagitta ad inter-
ficiendum: ſic de iudicio dei ſententia ad mortem
eterne damnationis. Sed hunc arcum fugit ho-
mo in fide crucis chriſti ꝑ penitentiam: ⁊ per tribu-
lationum patientiam exemplo chriſti. Hoc etiam
ſignum crucis chriſti eſt peccatoribus metuendum:
⁊ ꝑ ꝯñs ad penitentiam inductiuum vt fugiant a
facie iudicij. Nam vt dicit Bernardus: Cum deus
non pepcit vnigenito: ſed ꝓ noſtro peccato tradi-
dit eum crucis ſupplicio: putasne quod parcet figmẽ
to.i.peccatori facto de luto? q.d. non parcet: ſʒ ſi cõ
uerſus non fuerit/ tradet eum eternali tormento.
¶ Sequitur pars ſecunda pſalmi in qua orat dauid
in perſona eccleſie chriſti pro ſalute populi chriſti-
ani dicẽs: Ut liberẽtur dilecti tui Jn hebreo
hic incipit verſus vt dicit Lyra in expoſitione mora-
li. Et eſt ſenſus ſecundum eundem: vt liberentur.ſ.a ſeruitute
peccati ⁊ damnatione eterna. Dilecti tui.i.chriſti-
ani quos adeo dilexiſti vt ſanguie filij tui dilecti
redimeres ſaluum fac dextra tua q.d. Non
poteſt fieri ſalus humana virtute/ ſed tua dextra.
Eſt autem dei patris dextra chriſtus dei filius/ qui
eſt in dextra dei ſedens: per quem operatus ẽ oia:
⁊ operatur ꝑ merita paſſionis eius ſalutem noſtram:
Jdeo eccleſia ſic orat: Saluum fac dextra tua.i.ꝑ
virtutem dextere tue. hoc eſt paſſionis chriſti ꝑ quã
tolluntur peccata ⁊ ſalus adquiritur eterna ⁊ exau-
di me ſcʒ eccleſiam orantem pro populo chriſtia
no. Deus locutus ẽ ſcʒ ꝓmittendo in ſan-
cto ſuo hoc eſt in chriſto qui eſt ſanctus ſancto-
rum: ſupple ſalutem electorum repromittendo: Jõ
quia ego eccleſia letabor .ſ. in ipo chriſto ⁊ par-
tibor ſicimã ⁊ conuallẽ tabernaculorum
metibor Notandum ſecundum Caſſiodorum quod Si-
cima eſt ciuitas a ſichen filio Emor dicta: quam ci
uitatem filij Jacob ob ſtuprum Dine ſororis ſue
interfectis habitatoribus eius ꝑdiderunt eo quod ſichem
Dinam rapuerat. Hec ciuitas poſtea dicta eſt ſa-
maria: deinde eſt nominata ſebaſtia vel ſebaſten:
nunc Neapolis dicitur/ denique conuallis taberna
culorum locus eſt ꝓpe iordanem vt dicit Lyra vbi ia
cob reuertens de Meſopotamia declinans Eſau
fratrem ſuum: fixit tentoria ⁊ appellauit nomẽ illi
us Sochoth.i. tabernacula. Geñ. xxxiij. Ut ergo
dauid dicit: Partibor ſicimã/ ſenſus litteralis eſt
ſecundum Lyram.i. diuidam ſpolia terre ſichem bellato
toribus meis. Fuerat enim occupata ab aduerſarijs
regni iſrael quos dauid debellauit. Jtem vallis ta-
bernaculorum: vicʒ Sochoth ꝑdicta erat de regno
iſrael: ſed occupata ab aduerſarijs quibus expul-
ſis dauid reſtituit terram filijs iſrael vnicuique ſecundum
menſuram ſibi debitam Jdeo dicit: Et conuallem
tabernaculorum metibor. Myſtice ſecundum Auguſti-
num/ ꝑ Sicimã quod interpretatur humeri ſignificã-
tur gentes que humeros ſuos iugo idolatrie ſup
poſuerant: ⁊ ſic Dauid in ꝑſona eccleſie dicit Parti-
bor ſicimã.i. diuidam gentes credentes ab incre-
dulis: quia credentes eccleſia ſibi incorporauit ꝑ
fidei vnionem: incredulos ad damnationem reli-
quit. Jtem per conuallem tabernaculorum vbi iacob
habitauerat ſignificatur populus iudaicus a Jacob
deſcendens: quem eccleſia merita ẽ: quia ex iude-
is credentes in chriſtum ſibi incorporauit ꝑ fidem
ad ſalutem: ⁊ alios iudeos: vicʒ qui nõ crediderũt
dimiſit ad eternam damnationem. Sequitur:
Meus ẽ galaad ⁊ meus ẽ manaſſes id eſt
viri fortes ⁊ bellicoſi in Galaad habitantes: ⁊ eti-
am qui de tribu Manaſſes deſcenderunt. Et ſecundum
Honorium/ per Galaad quod interpretatur acer
uus teſtimonij ſignificatur conuentus martyrum:
qui ſanguine ⁊ morte teſtimonium ferunt chriſto:
Jdeo dicit eccleſia: Meus eſt.i. ad me pertinet Ga-
laad.i. conuentus martyrum. ⁊ meus ẽ.i. ad me ꝑ-
tinet Manaſſes quod interꝑtatur obliuio: Et ideo ꝑ
Manaſſen ſignificantur ꝑfecti confeſſores/ qui mun-
dana ꝑ contemptum obliti ſunt: ⁊ in eremo vel in
religione chriſto fortiter deſeruiunt. Et effra-
im fortitudo capitis mei Effraim tribus erat
fortitudo capitis: id eſt regni Dauid/ et Effraim
interpretatur fructificatio/ et ſignificat virgines
et continentes que in caſtitate et bonis operibus
fructum proferunt meritorum. Nam talis vir-
ginum fortitudo qua conſtanter vſque ad mortem
continent ⁊ bonis operibus inſudant/ eſt fortitu-
do capitis eccleſie. hoc eſt: chriſti qui ẽ caput eccle-
ſie. Nam nemo põt eẽ continens/ niſi chriſti gra-
tia vel dono dei: vt ſcribitur Sapientie. cap. viij.
Juda rex meus tribus Juda erat regia de qua
ortus eſt chriſtus. Et ſic ſenſus eſt ſecundum Auguſtinũ:
quod chriſtus qui eſt de tribu Juda: ipſe eſt rex me-
us: id ẽ eccleſie moab olla ſpei mee litera-
lis ſenſus eſt: id eſt ſpero quod terra Moab erit mi-
hi ſubdita ad ſeruiendum: ſicut olla qua homo vtitur

ad coquendum vel aliud miniſterium. Myſtice
Moab exlex interp̄tat᷑:q2 fuit gens nata ex̄ legē ō
pctō/vicȝ ex filiab9 Loth cum p̄re inebriato ꝯcum
bentib9:Jō ſignificat pctōres:⁊ ex̄ legem dei viuē/
tes/q̄ ſunt ex p̄re diabolo Joan.viij.Uos ex patre
diabolo eſtꝭ.Et iſti ſunt olla ſpei eccleſie:q2 ſp̄at il
los habituros ꝑ veram cōuerſiōem ⁊ excoquēdos
a ſuoꝝ vicioꝝ cruda carnalitate in olla vere pn̄ie.
In idumeā extendam calciamentū meū
Jdumea interp̄tat᷑ terrena:⁊ ſignificat t̄renos ho
mines ſolis infimis inherentes/nec celeſtia curan
tes:Sic autem Dauid extendit calciamentum in
idumeam calcando eam ⁊ ſubijciendo:Sic eccl'ia
in omnes gentes terrenas extendit calciamentū p̄
dicationis diſcurſum/q̄ ꝑ calciamētum ſignifica/
tur.iux̄ illud Apl'i Ephe͡ſ.vj.Calciati pedes in p̄/
parationem euangelij.Et quia incarnationis diui
ne p̄dicauit myſterium:Jdeo etiam calciamentuȝ
dic̄/quia diuinitatem chr̄i tanq̄ȝ calciamento hūa
nitatis indutam p̄dicauit eccl'ia vbiqȝ:ad cuius fi
dem ꝯuerſe ſunt omnes gentes/idō ſubdit mihi
alienigene ſubditi ſunt hoc eſt:idolatre po/
puli qui antea erant a fide mea alieni/ iam ſubdi/
ti ſunt mihi per fidem. Quis deducet me in
ciuitatem munitam.i.in ciuium vnionē q̄e/
tam ⁊ tutam. Nam ciuitas d2 quaſi ciuium vni/
tas:⁊ ſic eccleſia ducitur in talem vnionem fideli/
um ꝑ pacem ⁊ charitatem chriſtianorum.Dicitur
autem eccleſia fideliū/ciuitas munita quaſi duo/
bus muris fortiſſimis ⁊ infrangibilib9:vicȝ veterꝭ
⁊ noui teſtamēti autoritatib9.q.d.Quis me eccle/
ſiam chr̄i vniet in charitate ⁊ pace/⁊ muniet ſcri/
pture ſacre teſtimonio niſi deus quis deducet
me ſcȝ dilatando vſqȝ in idumeam id ē vt
regnem in terrenis gentib9:⁊ ſubijciat᷑ mund9 chri
ſto.Reſpondet nonne tu deus? q.di.ſic qui
repuliſti nos id eſt:videris ꝙ repuliſſes nos
temporib9 p̄teritis ꝑmittendo nos tribulari ⁊ occi
di ꝑ tyrannos/ ꝑſecutores/vt patet in tempore p̄i
mitiue eccleſie ⁊c̄. Et non egredieris deus in
virtutibus noſtris id eſt non exibis nobiſcuȝ
in exercitibus noſtris contra hoſtes defendendo ꝑ
arma viſibilia/nec appares oſtendendo potentiaȝ
tuam ad conterendum aduerſarios in fortitudie:
ſicut olim feciſti tempore Moyſi ⁊ Joſue ⁊c̄. Jta/
qȝ non exibis ſed int9 operaris in virtutibus no/
ſtris.ſ.dando in corde conſtantiam fidei ⁊ patien
tiam.Aliter ſm̄ Lyram ⁊ alios accipitur hoc dictū
interrogatiue.q.di.imo tu egredieris in virtutib9
noſtris/aliter nil facere poſſemus.propter h̄ ſub/
ditur: Da nobis auxilium de tribulatōe
id eſt:da auxilium gratie quo de iſta tribulatione
mundi perueniamus ad celeſtem pacem q2 va/
na ſalus hominis id eſt:fruſtra eſt temporal'
liberatio facta ab homine/niſi aſſit auxilium gra/
tie dei:eo ꝙ fruſtra eſt quod non attingit ſuum fi
nem:ſicut medicina dicitur fruſtra que non indu
cit ſanitatem.ij.Phyſicorum. Sic ſaluatio homi
nis in preſenti dicitur vana:quia vltimum finem
ſcȝ beatam ſalutem non attingit. Nam etſi a mor
te temporali homo videatur liberare: non tamen
poteſt liberare ab eterna morte/niſi ſolus deus q̄
dat eternam in celo ſalutem/vnde ⁊ ſubdit᷑: In
deo faciemus virtutem id eſt:a ſolo deo eſt
ſiquid ꝟtutis ⁊ operis meritorij ad ſalutem eter/
nam facimus ⁊ ip̄e.ſ.non alius aliquis ad ni
hilum deducet tribulantes nos hoc ē:de/
mones ⁊ homines malos/perſecutores noſtros vt
non poſſint ſuꝑare nos.

## Pſalmus.lx

Exaudi deus depre
cationem ⁊c̄. Jn hoc pſalmo Dauid orat
liberari a perſecutionib9 ⁊ gratias agit de benefi/
cijs. Et ſic ſuo exemplo monet eccleſiam orare de
euaſione perſecutionum:⁊ gratias agere de bene/
ficijs dei. Unde in perſona eccleſie fidelium dicit:
Exaudi deus deprecationem meam: in/
tende orationi mee Repetit idem ad maiorē
deuotionis expreſſionem. A finibus terre id
eſt per totam terram dilatata eccleſia ad te cla/
maui ſcȝ orando dum anxiaretur cor me/
um ſcȝ in perſecutionibus variarum tribulatio/
num in petra id eſt in chriſto exaltaſti me
quando in fide chriſti feciſti multa miracl'a ad ex/
altationem fidei chriſtiane. Et p̄cipue hoc eſt im/
pletum tempore Conſtantini/ qui baptizatus in
chriſto:eccleſiam mirabiliter exaltauit. Dedu/
xiſti me ſcȝ per rectam viam ſalutis tendentem
ad patriam quia factus eſt ſpes mea ſcȝ in
preſenti turris fortitudinis ſcȝ ad quam re/
fugio vt ſaluer a facie inimici Similitudo
accipitur ab his qui cuȝ inuaduntur ab hoſtibus
ad aliquod caſtrum vel turres fortaliciorum refu
giunt vt ſaluentur ab hoſtibus. Sic homo fide/
lis a facie inimici.ſ. diaboli/⁊ mundi/ac carnis/
debet ad deum refugere:⁊ ibi ſaluabitur. Inha/
bitabo in tabernaculo tuo in ſecula id eſt
ſpero ꝙ eternaliter habitabo in celeſti habitaculo
tuo te laudando. protegar in velamēto ala/
rum tuarum ſcȝ ab aduerſarijs ⁊ a demonib9
ne poſſint me rapē ad tartara. Jſta ſimilitudo ac/
cipitur a pullo qui ſub alis ſue matris: galline vi
delicȝ a miluo protegitur ne rapiatur. Sic homo
ſub alis diuine miſericordie ⁊ protectionis prote/
gitur a periculis damnationis eterne ⁊c̄. Quo/
niam tu deus meus exaudiſti orationem
meam ſcȝ qua te oraui de eterna ſalute preſtan
da mihi dediſti loquitur de futuro per mo/
dum preteriti propter certitudinem prophetie: id
eſt firmiter credo et ſcio ꝙ dabis hereditateȝ